CONJUGIUM FEUDALITIUM

QUO,

OCCASIONE

II. FEUD. LVIII. pr.

Qui VIRI atque UXORIS est, idem DOMINI & VASALLI respectus stabilitur.

Indeque CONJUGIUM aliquod FIGURATUM per selectiora & præcipua totius Juris Feudalis Capita celebratur, atque analogicè demonstratur.

Ubi multa jucunda, plurima utilia & necessaria adducuntur; Et quasi unâ fideliâ duo parietes dealbantur.



JENÆ,
TYPIS JOHANN. GOLLNERII,
ANNO M DC LXXXX.

Can. Sciendum est. I. Dist. XXIX.

In erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur, cùm antè judicant, quàm intelligant, antè inculpant, quàm iterando lecta perquirant.

PERILLUSTRIBUS AC GE-
NEROSISSIMIS DOMINIS.

DN. GUELPHO. L. B.
de METTERNICH.
Domino in Thurstorff ꝛc.

DN. FRIDERICO Gott-
lieb. L. B. de LOEWENSTERN. &c.

DN. CHRISTOPHORO
HERWARTO. L. B. de
REGAL.
Domino in Kranichsfeld / auff Ober-
Mautenburg / Neuheusel / Brunn-
berg und Leuffling.

DOMINIS MÆCENATIBUS,
ET PATRONIS MEIS OPTIMIS
MAXIMIS

Offero, Dico, & Consecro

Hocce Schediasma,
& Exercitium qualecunque Academicum;

Ubi

Cernitur Officii Nexus, Jactata Vasalli
Gloria, Iurando Vincula Multiplicans;
Firmiter Et Vobis, Domini, Adsto Liminis Imô,
Testificans Isthôc Ulteriora Meô.

Perillustr. V. V. V. Generositatum

devotus Cultor & Cliens

GREGORIUS HINTZE, V. J. Dd.

ORDO TRACTANDORUM

1. Præludia in Conjugium Feudalitium.

2. *CAP.* I.

De diverso diversorum Conjugio.

3. *CAP.* II.

De Conjugio Feudalitio, ratione personarum contrahentium.

4. *CAP.* III.

De Conjugii Feudalitii constitutione, & consecutione.

5. *CAP.* IV.

De Conjugii Feudalitii dissolutione.



PRÆLUDIA
IN CONJUGIUM FEUDALITIUM

I.

QUidnam dederit occasionem præsentis materiæ pertractationi, quave illa basi & fundamentò consistat, explicaturus; næ, si multa de ejus nobilitate, & notabilitate cumulare vellem, solem facibus illuminare, supervacuis laborarem impendiis. *c. 6. q. 1. c. 8.* Ex ungue leonem facile est cognoscere, atque hedera suspensa vini vendibilis signum præbet manifestum. Idem enim testatur frontispiciô suô notabile & adamante notandum capit. *Notandum est.* de *Notis feudorum. 2. feud. 58. pr.* Ubi Vasallus Dominum feudi habere in *CONJUGEM* notabiliter existimatur.

II. Quod rubricam modò *d. capit.* spectat, innuitur per hanc, & velùt indice digitô monstratur, generales quasdam regulas seu notulas in materia feudali bene observandas hîc subjici; non aliter ac videmus adjectas volumini *ff orum*, & libro *Decretalium*, nec non *Sexto Decretal.* certas in fine regulas & conclusiones generales. *Jacob.* Alvarott. ad *rubr. h. l. Petrus* Ravenn. *comm. in Consuet. feud. ibid.* Unde liquidò constare potest, sine grano salis accipiendem non esse, quando J. feudalis interpretes consentiunt, titulum hunc non esse de textu usuum feudorum, sed tantùm notulas quasdam ad declarationem eo-

rum, quæ dicta & constituta sunt præcedentia. Andr. *ab Isern. h.l. Matth.* de Afflict. *ibid.n.1.* Conf. Alvarott.*d.l.* Minimè enim capitulum præsens inter *Extraordinaria*, quæ dubiæ auctoritatis sunt & *Apocrypha*, uti loquitur Baldus, connumerari debet, sed, quia claudit agmen ordinariorum, hac ratione utique ut textus feudalis & *Authenticus* allegatur.

III. Remotò ergò cortice medullam inspiciamus, & fractâ nuce nucleum gustemus, quem quidem haud cariosum aut verminosum metuere debemus. *Ut* tamen *nihil antiquitatis penitus ignoretur*, sicuti dicit in simili Imperator *§.1.I.de testam.* Sciendum est, olim quidem potissimùm militiæ respectum Dominum inter & Vasallum fuisse, ut nempe Dominus Vasalli operà militari, quoties necessitas exigeret, uteretur, *Dn.Conrad.* Rittersh. *part.feud.lib.1.c.1.q.4.* unde feudale officium fuisse militare & bellicum, monet notandum *Franc.* Hotomann. *in 2.feud. 21.ad fin.* & frequenter Feudum Militia, Vasallus Miles appellatur. *Andr.* ab Isern.in *2.feud.3.* §. 1. versic. *personam verò. n.* 13. Quamobrem etiam modò laudatus Hotomann. sensu militari interpretatur, quod Vasallus Dominum in *Conjugem* habere dicitur; tanquàm si eadem ratione Dominus & Vasallus *conjuges* nominentur *2.feud.58.pr.* quà aliàs *Consortes 3. vel 5. feud. 3.* quasi σύμμαχοι, ejusd. militiæ socii vel *Commilitones*, conf. Hottom. *de verb.feud.* vocab. *Consortes*, & in *d. text. 2.feud.58.* quò & vulgatum juris proverbium ex *l.* 19.*pr.ff.de castrensi pecul.* applicat: *Commilitium auget charitatem.* Cui addi fortè posset de convenientia voc. Germ. Zug cum latino *jugum*, & Græco ζυγός, ut sint conjuges, qui velut eodem jugo trahuntur; prima enim uti dictum est, causa & occasio feudorum instituendorum extitit illa, ut Imperatorem vel Principem in certis expeditionibus quis comitaretur: Mann hat in Feld- und Krieges-Zügen/oder auch Ehren und Friedens-Zügen sich müssen mit finden lassen: quò pertinet der Römer Zug.

IV. Pro-

IV. Proinde magis, uti videtur καθ' ἀνάλογον foret, non ad jura inter conjuges, sed ad jura militum feudorum indolem revocare, potiusque conveniret, *Castrum Feudalitium* metari, quàm *Feudalitium Conjugium celebrare.* Nec etiam tali operi explendo materia defectura esset; Ut enim unicum tantùm producam: Dominô permittente servum suum militare, is statim liber efficitur. *l.6.C. qui militare possunt vel non:* Et Dominus dans servo suo feudum scienter, itidem eum libertate donare censetur, conf. Andr. *ab Isern. in 2. feud.3.* §. 1. *n.*13.

V. Verùm tantùm abest, ut secus facienti vitium aliquod feudisticum imputari possit, (qualia multa hinc inde, & ferè nimis multa taxat, crepatque Hotomann. conf. Rittersh *partit. feud. lib.*2.*c.*3.*q.*4.) ut nec μετάβασις εἰς ἄλλο γένος rectè objiciatur. Præterquàm enim quod deinde progressu temporis non tantúm ad militaria, sed alia quoque honesta officia in pace obeunda concedi feuda cœperunt, Dn. Rittersh. *lib.* 1. *c.* 1. *q.* 4. nemo etiam non *d. textum 2. feud.* 58. *pr.* vel per transennam inspiciens illicò animadvertet, vocabulum *Conjux* hîc non se referre ad militiam præstandam; magis verô ad amoris vinculum, quò Dominus & vasallus colligati, & uti de conjugibus dicit Cicero, arctissimè *conglutinati* sunt. Cujus rei majoris ἐμφάσεος exexprimendæ ergò aliâ appellatione frustrà Feudistæ defuncti fuissent. Nec facilè quis affirmabit, multò minus probabit terminum *Conjux* propriè & per se esse militarem; jam verò *non ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debent. l.*7.§.2.*ff. de supell. leg.* Licet autem & hic non nisi improprie & μεταφορικῶς Dominus Vasalli conjux appelletur; Attamen sat habemus, modò rem, unde petita illa metaphora sit, curatiùs edocti simus.

VI. Concedo interim lubens & manu largior utràque, dici Dominum & Vasallum *Conjuges*, quód sint *uno jugo allegati*, ùt loquitur Hotomann. simul autem recordor *Nuptialis jugi*

ex l. 10. pr. ff. de condit. & demonstr. hincq; amplius *propriæ Jugalis* id est uxoris ex *l. 8. §. 3. C. de repud.* & *Jugalium* h. est Conjugum ex *2. feud. 104. §. 2.* Nec eo inficias, *Dominum* & *Vasallum Consortes* appellari; observatu tamen non indignum est, *Consortes* quoque dici *Conjuges*, & posse mulierem his verbis accipi, *accipio te in Consortem.* Gothofr. ad *l. 11. lit. 1. ff. de ritu nupt.* *ipsumq; Conjugium Consortium* omnis vitæ describi à Modestino *d. l. 1.* conf. *l. ult. C. d. incest. nupt. Can. 17. c. 28. q. 2.*

VII. De cetero unum adhuc restat, quod spartam, quam sumsi, dubiam ancipitemque reddere posset; sc. non minimam esse styli juris feudalis barbariem, sermonisque striblíginem; quia ibi, ut ait Rittersh. *prolegom. part. feud. p. 13. plurima peregrina & absona tanquàm muscerda piperi permiscentur*, ut verendum sit, ne ejusdem furfuris siet appellatio Conjugis in Domino feudi, totaque dissertatione hoc prosecuturus audire debeat exprobrationem Euripidis, quam in simili veretur Rittersh. *d. l. Tu barbarissas, dum diu es cum barbaris.* Sed fulgur est ex pelvi, inanisque iste metus: Nec enim hoc dignum foret patellâ operculum, cum usurpatio vocabuli *Conjugis* inter solœcismos feudisticos, ingratos coccysmos & loquendi sartagines haud sit numeranda. Quippe tertium, in quo conveniant Conjuges, & Dominus cum Vasallo, apprimè ad rem est, uti elegantissimè monstrat explicatio *Jacobi* Cujacii *de feud. lib. 2. tit. 7. colum. 2. propè fin.* ubi Dominum & Vasallum ideò Conjuges esse dicit, quia sunt communi fidei vinculô conjuncti; allegatque Div. Paulum Apostolum, qui eodem sensu non uxorem, sed Timotheum, familiarem suum vocat Σύζυγον γνήσιον id est *Conjugem germanum Philipp. IV. 3.* Conf. Rittersh. *l. 1. c. 10. q. 12.* Atque hoc specialiori quoque ratione ex ipso textu *2. feud. 58. pr.* Commentatores deducunt, & declarant, ut in pertractatione visuri sumus.

VIII. Quandoquidem verò & struma dibaphô tegitur commodè, & ipsa etiam *barbaries feudistica potest splendescere*

cultu & habitum quendam matronalem induere, D. Rittersh. *prolegom. p. 14.* cur amicabili inter Dominum & Vasallum confœderationi, quæ longissimè à barbarie remota est, habitum Matrimonialem vel Conjugalem applicare subsistam. Cum & aliâs in hoc passim mihi Feudistæ suffragentur, & ad opus aggrediendum velut χειρέμβολον dent ex *l. 1. §. 3. ff. nautæ caup. stabul.* De quo in antecessum quasi per indicem quædam ostendam, & primoribus dabo tantùm labris prægustanda.

IX. Ita *Jacob.* Alvarott. ad *cap. Notandum. pr. 2. feud. 58. dic.* ait, *secundùm Baldum, quod textus iste loquitur per similitudinem de Marito ad Dominum. Matth.* de Afflictis causam Feudalem illustrat per Matrimonialem, super *3. feud. si de feudo defuncti content. §. si facta n. 14. 2. feud. 26. Henricus* à Rosenthal. *c. 10. concl. 5. n. 17. causam Feudalem* confert cum *Parapbernali.* Error personæ circa qualitatem conditionis servilis vitiat investituram & matrimonium, vid. *Andr.* ab Isern. in *cap. investitura per quos fiat invest. 2. feud. 3. §. 1.* vers. *personam, n. 11. Matth.* de Afflict. *ibid. n. 8.* Ratione certi effectus in libertate consistentis æquiparantur permissio nuptiarum à Domino facta, & investituræ concessio. Isern. *d. l. n.* 14. *Matth.* de Afflict. *d. l. n. 2.* A fundo dotali ad feudum argumentatur rursus Isernia in *2. feud. 28. §. si Vasallus. n.* 17. De fructibus ex feudo perceptis, impensisque in illud factis, eandem, quam de fructibus & impensis rei dotalis conclusionem format cum aliis Rosenth *c.* 10. *concl. 42. n. 36. Fransc.* Hotomann. in *2. feud. 28. §. 3. lit. C. Habent illa duo jura dotis & feudi aliquam inter se cognationem*, disertè ait Rittersh. *part. feud. lib. 1. c. 2. q. 6.* Et, *res communis in dotem dari, ergò etiam in feudum concedi* potest, infert *Dn.* Stryk. *Ex. I. feud. c. 8. q. 10.*

E contrario & feudi dotisque certò casu ratione amissionis differentiam allegat iterum Rosenthal. *c. 10. concl. 29. n. 5.* & differre plurimis aliis in rebus, disserit Rittersh. *d. l.* quando nempe apertò jure feudali aliud est statutum; hinc enim non, ad-

versus ventos spirare aut brachia contra torrentem jactare, fas est. Conf. *lib.2.c.6.q.34.* Tum verò à dissolutione matrimonii ad dissolutionem feudi concludit Alvarott. in *2. feud. 24. §. prædictis*, dicitque, procedere hoc à simili ad simile, conf. *idem* Alvarott. in *2. feud. 24. §. item si delator. n.* 11. *Marinus* Frecc. *de feud. lib. 2. p. 252. n. 13.* Rittersh. *lib. 2. c. 5. q. 9.* Et si quæratur in quonam statu vel qualitate fieri debeat feudi finiti & amisi restitutio; iisdem terminis quibus fundi dotalis & bonorum paraphernalium consistere, putatur *Ludolph.* Schrad. *tr. de Feud. part. 2. part. pr. 9. sect. 5. n. 9.* 10. *&* 23. Item an, & quomodo ob commissam feloniam agi ab heredibus, vel contra heredes possit, cum causa divortii, post mortem conjugis adulterii rei, bilancem instituit, & parem utrinque decisionem facit jam laudatus *Dn.* Schraderus *p. 2 part. princ. 9. sect.* 10. *n. 5. 9. 8.* 19. 11. 17. *&* 18. Atque idem de amissione dotis exemplum inter alia dat *Dn.* Rittersh. cùm, si casus aliquis jure feudali non decisus emergat, ad jus civile recurrendum monet, argumentô, ut vocat, à simili, inde deducto, *part. feud. lib.* 1. *c.* 1. *q.* 10. Imò velut αὐτὸς ἔφα audiatur ipse textus feudalis 2. *feud.* 24. *§. prædictis.* vinculum feudalitium dirimi *ex iisdem repudii causis, quibus matrimonia rectè contracta solvuntur.* conf. *Libor.* Hattys. *Anal.* I. *feud. c.* 11. *p.* 127. Præterea quando *Matth.* de Afflict. *in* 1. *feud.* 5. §. *item si fidelis. n. 4. in terminis propriis est*, inquit, Lex *Marito. ff. ad L. J. de adult.* videtur tacitè consentire, etiam terminis impropriis, ænigmaticis & symbolicis huc quædam conferri posse & licere. Ne ergô ἀσύμβολος esse viderer, conjugii feudalitii materiam pleniùs tractandam assumsi; quia non minus laboris est, rem aliquam magis perficere, quàm priùs invenire. *Const. Deo Autore. §. 6. de Veter. jure enucl.* præstatque, multa velut in fasciculum collecta unô conspectu patere; quam eadem hinc inde sparsa aut latere, aut sine ordine non ignorari, nam secundum illud: Et *quæ non prosint singula; juncta juvant*, arg. *l. 5. C. de probat.*

X. Quan-

X. Quando verò jam tum fuit conclusum in hocce Conjugio, jamque manus ultima labori imposita, en! furtuitò casu incido in Disputationem Argentor. habitam annò 1667. *De fide reciproca Conjugali Domini cum Vasallo, & Protectoris cum Cliente*, quæ antè nec visa, nec audita mihi unquam est. Quia tamen ibi in hac causa non nisi primas easque paucissimas ductas lineas cognoscebam, parùm nihilve metui, ne quis odium secundarum nuptiarum in præsens Conjugium concepturus esset. Hoc ergò tantùm etiam atque etiam rogo Benevolum Lectorem, sinat ipse, qnod conatibus meis defuit, θέμα de Conjugio velùt μελίτωμα supplere; quod si autem aliquid in hoc prato spinosum, quod non diffiteor, reperiet, *per* §. 9. *Const. de Concept. ffdorum.* meminerit, nec fuisse, nec esse ullum sine qualicunque, nisi fallor, gravamine Conjugium; igitur & in Conjugio Feudalitio frustrà ubique expectari

— *Violas, calathisque rosas & lilia plenis.*

Intereà autem minimè est negligendum votum, quô Imperator ipse, *Conjugibus*, inquit, *matrimonia adeò fortunata optamus, ut nunquam adversô Numine inita esse, videri queant* *Nov.* 140. *præfat.* Benignum Numen mihi quoque adsit benignissimè præsentem laborem ineunti, ut, quam exorsus sum telam, feliciter pertexatur.

CAPUT

CAPUT I.

DE DIVERSO DIVERSORUM CONJUGIO.

SUMMARIA.

Singulorum hominum multis modis res fiunt, & uxores. 1.

Triplex apud Romanos modus uxorem habendi. 2.

Conjuguntur aliquando Vir & fœmina contra legalem matrimonii naturam. 3.

Quale matrimonium ad Morganaticam. 4.

Conjugium aliud Inæquale. 5.

Aliquando contra matrimonii finem fit conjunctio. 6.

Conjugii finis est procreatio sobolis. 7.

Intelligendum hoc de sobole sana & perfecta. 8.

Conjugium tamen morbosi cum sana, & vice versa quomodo toleretur? 9.

Conjunctio fit quandoque contra formam & essentiam matrimonii. 10.

Impotentia generandi ad defectum substantialem refertur. 11.

Impotenti atq; inhabili licet conjugium inire. 12.

Spadones thlibiæ & thlasiæ temporali solùm impotentia laborant. 13.

Conjugium sexagenarii cum quinquagenaria olim prohibitum. 14.

Hodie concessum. 15.

Si major quinquagenaria pariat, habetur pro miraculo. 16.

Approbatum conjugium juvenis cum vetula 77. annorum. 17.

Eunuchi vel castrati an possint ducere uxorem? 18.

Castrati maximô habentur odiô 19.

Matrimonium eorum defensum, & impugnatum. 20.

Matrimonium Cælebs quodnam dicatur 21.

Σιδερόξυλα in jure civili non sunt insveta. 42.

Exempla adducuntur. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

Formula German. vom ledigen Ehestand *reprehenditur.* 31.

Subjicitur admonitio Justiniani ad juvenes. 32.

De

De Conjugio Virgineo remissivè. 33.
Conjugium B. Virginis cum Josepho an pro vero & perfecto sit habendum? 34. 35.
Antidicomarianitæ refutati. 36.
Conjugium aliud est Mysticum seu Spirituale. 37.
Causa prohibitionis matrimonii Clericorum. 38.
Conjugium etiam putatur contractum inter Episcopum seu Ministrum Ecclesiæ, ipsamq; Ecclesiam. 39.
Transitio ad Conjugium Domini cum Vasallo merè Politicum 40.
Conjugium Reipubl. Venetæ cum mari Adriatico. 41.
Præparatio ad Nuptias Feudalitias. 42.

I.


Quamvis non semper realiter consequatur REM, qui ducit uxorEM, vel accipit mulieREM; certè tamen, quod de modis acquirendi dominium exprimit Imperator: *singulorum hominum multis modis* RES *fiunt*, §. 11. *J. de rer. divis.* efferri commodè poterit & de modis contrahendi matrimonium; Nempe *singulorum hominum multis etiam modis uxo*RES *fiunt.* Quàm varia enim sit *maris atq; feminæ conjunctio, quæ Matrimonium appellatur*, *pr. J. de I. N. G. & C.* velùt in proscenio hic exhibitum spectare, licebit. 1 2

II. Præterita prætereo lubens, quod tribus præcipuè modis Romani uxores capiebant atque habebant: *Confarreatione*, *Coëmtione*, & *Usu.* conf. *Anton.* Hottomann. *de vet. rit. nupt. c. 20. & seqq.* Hodie conjunguntur aliquando vir & femina, conjugali fide invicem reverà datâ; ubi tamen hæc justæ matrisfamiliâs nomen non assumit, 3
sed vocatur *uxor secundaria Dn.* Pufendorf. *lib. 6. c* 1. §. 36. *de I. N. & G.* quia *contra naturam matrimonii* à lege civili præscriptam, putà *L. Feminæ. 8. ff. de Senator. l.* 10. *C. de nupt. l. Mulieres. ult. de incol. & l.* 13. *de dignit.* ejusmodi uxor plenô mariti honore non erigitur, nec æquali genere nobilitatur. Quale matrimonium inter Principes & personas Illustres satis frequens est, diciturque *ad Morganaticam, vel lege Salicâ* con- 4

tractum, 2. *feud.* 29. Conf. *Dn.* Myler. ab Ehrenbach *Gamolog. Person. Imp. illustr. c. 6. toto.* adde *Dn. Henr.* Linck. *in Disp. de Matrimonio Lege Salicâ contracto*, Von vermählung zur
5 Lincken-Hand. Diversum verò omninò ab illo, quod in *l. 3. C. de natur. liber.* dicitur *Conjugium Inæquale.*

6 III. Aliquando etiam mas & femina congrediuntur *contra ipsum matrimonii finem*, qui est, ut numerosâ prole Res-
7 publica augeatur. *Matrimonium enim humano generi videtur immortalitatem artificiosè introducere, & ex filiorum procreatione renovata genera manent. Nov. 22. præfat.* Conf. *Nov. 140. præf.* atque *ampliari imperium hominum adjectione potiùs, quàm pecuniarum copiâ, malle se*, D. Imp. *Hadrianus* rescripsit *in L. 7. §. 3. ff. de bonis damnat.* Unde & peculiaria πολυπαιδίας præmia deprehendere licet, vid. *d. l. 7. §. 3. & pr. I. de excus. tutor l. 2. §. 1. ff. de muner. & honor. l. 5. §. 2. ff. de jure immunit. & lex 1. ff. soluto matrim. publicè*, inquit, *interest, dotatas esse feminas ad sobolem procreandam, replendamq́; liberis ci-
8 vitatem.* Quæ verò omnia de liberis perfectis, sanis, & vivis intelligi debent; pariter enim utilitatis publicæ interesse efflagitat, ne vitiosâ & morbosâ sobole civitas inficiatur, defor-
9 meturque. Attamen leprosis, & morbô Neapolitanô, seu lue Gallicâ infectis, morboso cum sana, & vicissim, *liberum est, ad matrimonium convolare, si continere nolunt, c. 2. X. de Conjugio leprosor.* seu, ùt dicitur 2. *feud.* 29. *si non valent continere.* Ubi *minùs malum ex duobus eligendum est, can. Duo mala. dist. 13. Præstat* enim *in Republ. habere leprosos Corpore, quàm animâ*, uti elegantissimè Mingering. *in Informat. Conscient. Evang. Dom. XIV. Trinit. q. 1.* Ut ita *minùs malum induat* velùt *rationem boni*, vid. Grot. *de. I. B. & P. lib. 3. c. 23. d. 5. n. 2.*

10 IV. Imò permissa est *contra formam & essentiam matri-
11 monii* conjunctio. Impotentiam enim & naturalem inhabilitatem ad defectum substantialem Dd. referunt, vid. *Dn.* Stryk *in Addit. ad jus Eccles. Brunn. lib. 2. c. 17. §. 3.* Quamob-

rem

rem & *in l. 220. §.1.ff. de V. signif.* dicitur, *parentes pios non aliò, quàm liberorum procreandorum animô & votô uxores ducere.*
Concessum verò nihilominùs impotenti atque inhabili est, 12
jungere se connubio feminæ conditionis illius non ignaræ. Dicit enim expresśè Pontifex, quod *vir eam, quam non posſit habere ùt uxorem, saltem habeat ùt sororem, c. 4. & 5. X. de frigid. & malef.* de *quasi viro* conf. *l. 5. in med. C. de Sponsal.* Non proli- 13
xè deducam, *spadones, thlibias, & thlasias*, uti vocantur *in l. 128. ff. de V. signif.* jure civili nuptias contrahere posse, *l. 39. ff. de jure dot. l. 6. pr. de liber. & posth.* cùm hi vitiò tantùm temporali à generatione impediantur per *§. 9. I. de adopt.* conf. *Henr.* Canisi *Comm. ad c. 2. de frigid. & malef. n. 3.* Nec referam 14
multa de polychroniorum matrimonio; prohibuit hoc quidem olim *Lex Julia & Papia*, cavens, ne mulier 50. annorum sexagenario nuberet. Verùm legem hanc penitus abolevit *Justinianus* expresśâ sanctione: *ne inter masculos & feminas* 15
majorès vel minores sexagenariis vel quinquagenariis ex ullo modo, vel ex ulla parte nuptiæ impediantur, l. sancimus. 27. C. de nupt. Tametsi femina major quinquaginta annis dicatur 16
sterilis, & parere cesset, *l. si sterilis. 21. pr. ff. de action. emt.* & si in ea ætate pariat, partus censeatur miraculosus, & raró contingens, *l. si major quinquagenaria. 12. C. de legitim. hered.* At- 17
tamen ejusmodi conjugium adeò non improbatur, ut etiam in vita longiùs progresśis, seniô ferè confectis, atque effœtæ jam ætatis hominibus hodie sine omni spe procreandæ sobolis permittatur. Ita conjugium viri juvenis cum muliere vetula septuaginta septem annos nata approbatum speciali responso *Dnn. Theologor. Wittebergens.* exhibet *Dn.* Stryk. *in Addit. ad I. Eccles. Brunn. lib. 2. c. 17. §. 2.*

V. De Eunuchis seu castratis, an liceat ipsis ducere uxo- 18
rem, paucis videamus. Sanè nullum est dubium, quin omnes, qui vel à limine jus cùm Civile, tum Canonicum, ne dicam

naturale, ſalutarunt, prorſus hoc ſint negaturi; quia enim illi impotentes ſunt coire mulieri, & *πράττειν τὰ παρὰ τῆς φύσεως ἀνδράσι διδόμενα*, ùt loquitur *Nov.22. c.6.* meritò matrimomium inire prohibentur *l.39. §.1.ff. de jure dot. l. 14. §. ult. de*
9 *manumiſſ. vind.* Et cùm *novum atq; peregrinùm ſexum repræſentent, Nov. Leon.98.* non eô digni favore cenſentur, ut ad mutuum adjutorium, ceu finem aliquem ſecundarium, i-
2c pſis putativum matrimonium concedendum ſit. Caſus verò ante annos non adeò multos Dresdæ contigit, ubi Muſicus caſtratus cum virgine ſciente nuptias clam contraxit, & per hierologiam & copulam conſummavit, cujus juſtitiam poſteà defendit facultas Theolog. Regiomontana, aliis licet plenô ore contradicentibus, vid. *Dn.* Stryk. *in Addit. ad I. Eccleſ. Brunn. d.l.* Perſonæ autem conjunctæ in tali matrimonio tamdiu publicè vixerunt, donec maritus ille perſonatus ſcenam ſuam finivit, vitâ cum morte commutatâ.

21 VI. Admodum autem notabilis eſt appellatio *Cœlibis & peregrini Matrimonii,* uti Leo Imperator vocat, *Nov.98.* pariter intuitu Eunuchi. Quod non ſine cauſa mirum videri poteſt, cúm ſint contradictoria, vivere in cœlibatu, & contraxiſſe matrimonium. Quamobrem *Cœlebs Matrimonium* qui dicit, *σιδηρόξυλον* dicit, ubi prædicatum evertit na-
22 turam ſubjecti. Sed hoc in jure novum non eſt; quidam e-
32 nim referuntur *locuti linguam non ampliùs habentes, l. 1. C. de offic. Præf. prætor. Qui loqui non poſſunt, ſine voce dixiſſe exiſtimantur, l. Labeo. 7. in fin. de ſupellect. leg. Naturaq; mutus pot-*
24 *eſt videri reſpondere, l. 124. ff. de R. J. & ſurdus per cerebrum ex-*
25 *audire loquentem, l. Diſcretis. 10. C. qui teſtam. facere.* Imò *vivi habentur pro mortuis, l. 1. §. 8. in fin. ff. de bonor. poſſ. contra tabb.*
26 *l. 209. de R. J.* & contrà *mortui* pro *vivis, pr. I. de excus. tutor. l. 31.*
27 *§. 11. de ædil. edict.* Atque aliàs in jure feudali *egregia* dicitur *ingratitudo, 2. feud. 23. §. de illa autem.* ubi tamen conf. *Udalr. Zas.*

de

de feud. part. 10. n. 64. 65. Et in l. 70. §. 8. de legat. 3. gossypium 28
appellatur *ἐριόξυλον seu lana lignea.* De *dolo bono* vid. *l. 1. §. 3. ff. de* 29
dolo malo; & de *veneno bono, l. 236. ff. de verb. signif.* Sic quoque 30
Cœlebs dicitur *Matrimonium*, quò *vir eviratus* cum muliere quidem conjungitur, sed sine commercio matrimoniali. Qua occasione severè castiganda & damnanda est perversa 31
loquendi formula German. **Den Ehestand ledig führen/** quâ uti & delectari solent in cœlibatu minùs casto viventes, sed vagos concubitus exercentes; (de voc. **Ledig Mann** in alio sensu vid. *infra c. 3. th. 4. n. 36.* de cœlibatu ficto conf. *l. 5. C. de donat. ante nup.*) Meminerint autem ejusmodi cavillatores, facinus suum tantò esse graviùs, quò nequiùs hoc titulô matrimonii vel seriò, vel per jocum audent colorare, non sine maxima injuria in honorem & dignitatem ipsius matrimonii. Abstineant ergò tali mycterismo, & insulsá subsannatione, & 32
de ceterò monitum Justiniani sequantur: *meliùs esse coarctare juveniles calores, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, qui eos post dispersum expectat patrimonium l. fin. §. 5. C. de bonis quæ liber.* conf. elegantissimè etiam loquentem *Nov. Leon. 89. in fin.*

VII. Posset etiam hîc exhiberi *Conjugium virgineum*, de 33
quo plura tractabitur in *C. 3. th. 11.* Hîc ergò solùm observamus, 34
Conjugium S. semper Virginis Mariæ cum Josepho pro vero & perfecto conjugio esse habendum, per *can. B. Maria. c. 27. q. 2.* nec mendacem ibi esse reciprocam conjugis appellationem, *c. Conjux. & seq. c. 27. q. 2.* conf. *Dn. Joh. Christoph.* 35
Becman. *in Polit. parall. c. 7. §. 5.* De quo tamen alios aliter sentire, latè refert *Dn. Joh. Adam.* Osiand. *observat. in Hug.* Grot. *de I. B. & P. lib. 2. c. 5. §. 9. observ. 1.* Quicquid verò hujus fit, 36
de perenni S. Virginis virginitate dubitare, sacrilegium est! uti contra *Antidicomarianitas* disserit *Hadrian.* Beverland. *De Stolatæ Virginit. jure. p. 86. seqq.*

37 VIII. Sic igitur deductâ matrimoniorum ἀνωμαλία & irregularitate, de diversis eadem contrahendi, & appellandi modis inter omnes, credo, nunc facilè constabit. Nec tamen hæc sufficiunt; videmus, interdum sensu planè allegoricô & metaphoricô matrimonium seu conjugium venire. Ita dicitur *Conjugium Mysticum*, vel spirituale, quod Christus Salvator noster per adventum suum in mundum contraxit cum Sponsa sua Ecclesia, & anima fideli quacunque; matrimonium enim ex primæva institutione hanc Christi cum Ecclesia conjunctionem designat, *Ephes. V. 23. c. 5. X. de*
38 *bigam, non ordin.* Unde etiam in promtu causa est, quare ap. Pontificios Clericis matrimonium inire non licet; quia enim hi, sacris initiati ordinibus, aut votum continentiæ emittentes, jam tum semel cum Christo conjugium metaphoricè contraxisse intelliguntur, proinde si aliud postmodùm ineant, pro bigamis habentur, qui verò ad administrationem sacrorum censentur inidonei, vid. *Val. Andr.* Dessel. *Erotem. J. Canon. lib. 1. tit. 21. q. 5. & 6. Joh. Baptista* Vivianus *in Rationa-*
39 *li J. Pontific. ad c. 1. X. de bigam. non ord.* Similiter etiam inter Episcopum seu Pastorem quemvis & Ecclesiam *Conjugium* aliquod *spirituale* contractum dicitur; in tantum ut Episcopus Ecclesiam sibi desponsatam & conjunctam sine gravi causa deserere, & ad aliam convolare nequeat, *tot. tit. X. de translat. Episcop. Andr.* Vallens. h. l. Et notabile est, super hoc matrimonio eandē adhiberi formulam, quæ aliàs adhiberi solita est, nempe: *Quos Deus conjunxit, homo non separet. c. 3. X. d. tit.*

40 IX. Tandem per ambages sat longas meta attingetur præfixa, ubi pariter de *Conjugio* singularissimo *Domini cum Vasallo* tractare, animum induxi, quod merè *Civile* seu *Politicum* mihi vocitatur. Nec deficit, quô *Conjugii Politici* appella-
41 tionem aliô stabiliam exemplô. Non enim ignoratur *Conjugium Reipubl. Venetæ cum mari Adriatico* in signum supremi dominii maritimi quotannis solenniter renovandum; quando

do in festo Ascensionis Christi ipse Venetorum Dux, Senatu comitante, splendidà navi Bucentarô mare invehitur, & celsa in puppi stans detractum digitô annulum aureum medias in undas projicit, hocque modô Reipulbl. suæ ipsum mare desponsat, *Job. Frider.* Spreng. *Inst. I. publ. lib. 2. c. 18. p. m. 238. Georg.* Horn. *Orb. Politic. part. I. c. 3.* Posthabitis ergò a- 42
liis omnibus, ad Nuptias, quò sumus invitati, Feudalitias properemus; licet ferè credamus, non adeò pancraticè instructam mensam, nec magnas struices concinnatas patinarias, ùt loquitur Plautus, nos ibi reperturos.

CAPUT II.

DE CONJUGIO FEUDALITIO, RATIONE PERSONARUM CONTRAHENTIUM.

SUMMARIA.

Fundamentum appellationis Conjugii feudalitii ex ipso jure feudali. 1.

Non est hîc concipiendum Conjugium corporale. 2.

Baldus Feudistas appellavit pecudes. 3.

Multa in jure civili reperiuntur metaphoræ. 4.

Probatur hoc exemplis, ubi res inanimatæ describuntur per epitheta rerum animantium. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

Per metaphoram etiam Vasallus dicitur Domini Conjux. 14.

Cœpta metaphora aliquando continuari solet. 15.

Quamobrem Justinianus dispescuerit Institutiones in libros IV. 16.

Vinculum inter Dominum & Vasallum per allegoriam vocatur Con-

verſus ventos ſpirare aut brachia contra torrentem jactare, fas eſt. Conf. *lib.2, c.6.q.34.* Tum verò à disſolutione matrimonii ad disſolutionem feudi concludit Alvarott. in *2. feud. 24. §. prædictis*, dicitque, procedere hoc à ſimili ad ſimile, conf. *idem* Alvarott. in *2. feud. 24. §. item ſi delator. n.* 11. *Marinus* Frecc. *de feud. lib.2. p.152. n.13.* Rittersh. *lib.2. c.5. q.9.* Et ſi quæratur in quonam ſtatu vel qualitate fieri debeat feudi finiti & amiſi reſtitutio; iisdem terminis quibus fundi dotalis & bonorum paraphernalium conſiſtere, putatur *Ludolph.* Schrad. *tr. de Feud. part.* 2. *part. pr. 9. ſect. 5. n. 9,* 10. *&* 23. Item an, & quomodo ob commisſam feloniam agi ab heredibus, vel contra heredes posſit, cum cauſâ divortii, poſt mortem conjugis adulterii rei, bilancem inſtituit, & parem utrinque deciſionem facit jam laudatus *Dn.* Schraderus *p.2 part. princ. 9. ſect.* 10. *n.5. 9, 8.* 19. 11. 17. *&* 18. Atque idem de amisſione dotis exemplum inter alia dat *Dn.* Rittersh. cùm, ſi caſus aliquis jure feudali non deciſus emergat, ad jus civile recurrendum monet, argumentô, ut vocat, à ſimili, inde deducto, *part. feud. lib.* 1. *c.* 1. *q.* 10. Imò velut αὐτὸς ἔφα audiatur ipſe textus feudalis 2. *feud.* 24. *§. prædictis.* vinculum feudalitium dirimi *ex iisdem repudii cauſis, quibus matrimonia rectè contracta ſolvuntur.* conf. *Libor.* Hattys. *Anal.* I. *feud. c.* 11. *p.* 127. Præterea quando *Matth.* de Afflict. *in* 1. *feud.* 5. *§. item ſi fidelis. n.* 4. *in terminis propriis eſt*, inquit, Lex *Marito. ff. ad L. J. de adult.* videtur tacitè conſentire, etiam terminis impropriis, ænigmaticis & ſymbolicis huc quædam conferri posſe & licere. Ne ergò ἀσύμβολος eſſe viderer, conjugii feudalitii materiam pleniùs tractandam asſumſi; quia non minus laboris eſt, rem aliquam magis perficere, quàm priùs invenire. *Conſt. Deo Autore, §. 6. de Veter. jure enucl.* præſtatque, multa velut in faſciculum collecta unô conſpectu patere; quam eadem hinc inde ſparſa aut latere, aut ſine ordine non ignorari, nam ſecundum illud: Et *quæ non proſint ſingula; juncta juvant*, arg. *l.5. C. de probat.*

X. Quan-

X. Quando verò jam tum fuit conclusum in hocce Conjugio, jamque manus ultima labori imposita, en! furtuitò casu incido in Disputationem Argentor. habitam annô 1667. *De fide reciproca Conjugali Domini cum Vasallo, & Protectoris cum Cliente*, quæ antè nec visa, nec audita mihi unquam est. Quia tamen ibi in hac causa non nisi primas easque paucissimas ductas lineas cognoscebam, parùm nihilve metui, ne quis odium secundarum nuptiarum in præsens Conjugium concepturus esset. Hoc ergò tantùm etiam atque etiam rogo Benevolum Lectorem, sinat ipse, qnod conatibus meis defuit, θέμα de Conjugio velùt μελίτωμα supplere; quod si autem aliquid in hoc prato spinosum, quod non diffiteor, reperiet, *per* §. 9. *Const. de Concept. ff orum.* meminerit, nec fuisse, nec esse ullum sine qualicunque, nisi fallor, gravamine Conjugium; igitur & in Conjugio Feudalitio frustrà ubique expectari

— *Violas, calathisque rosas & lilia plenis.*

Intereà autem minimè est negligendum votum, quô Imperator ipse, *Conjugibus*, inquit, *matrimonia adeò fortunata optamus, ut nunquam adversô Numine inita esse, videri queant* *Nov.* 140. *præfat.* Benignum Numen mihi quoque adsit benignissimè præsentem laborem ineunti, ut, quam exorsus sum telam, feliciter pertexatur.

CAPUT

CAPUT I.

DE DIVERSO DIVERSORUM CONJUGIO.

SUMMARIA.

Singulorum hominum multis modis res fiunt, & uxores.1.
Triplex apud Romanos modus uxorem habendi.2.
Conjuguntur aliquando Vir & fœmina contra legalem matrimonii naturam.3.
Quale matrimonium ad Morganaticam.4.
Conjugium aliud Inæquale 5.
Aliquando contra matrimonii finem fit conjunctio.6.
Conjugii finis est procreatio sobolis.7.
Intelligendum hoc de sobole sana & perfecta.8.
Conjugium tamen morbosi cum sana, & vice versa quomodo toleretur?9.
Conjunctio fit quandoque contra formam & essentiam matrimonii.10.
Impotentia generandi ad defectum substantialem refertur.11.
Impotenti atq; inhabili licet conjugium inire.12.
Spadones thlibiæ & thlasiæ temporali solùm impotentia laborant.13.
Conjugium sexagenarii cum quinquagenaria olim prohibitum.14.
Hodie concessum.15.
Si major quinquagenaria pariat, habetur pro miraculo.16.
Approbatum conjugium juvenis cum vetula 77. annorum.17.
Eunuchi vel castrati an possint ducere uxorem? 18.
Castrati maximô habentur odiô 19.
Matrimonium eorum defensum, & impugnatum.20.
Matrimonium Cœlebs quodnam dicatur. 21.
Σιδεροξυλα in jure civili non sunt insveta. 42.
Exempla adducuntur. 23.24.25.26.27.28.29.30.
Formula German. vom ledigen Ehestand *reprehenditur. 31.*
Subjicitur admonitio Justiniani ad juvenes.32.

De

De Conjugio Virgineo remissivè. 33.
Conjugium B. Virginis cum Josepho an pro vero & perfecto sit habendum? 34. 35.
Antidicomarianitæ refutati. 36.
Conjugium aliud est Mysticum seu Spirituale. 37.
Causa prohibitionis matrimonii Clericorum. 38.
Conjugium etiam putatur contractum inter Episcopum seu Ministrum Ecclesiæ, ipsamq; Ecclesiam. 39.
Transitio ad Conjugium Domini cum Vasallo merè Politicum. 40.
Conjugium Reipubl. Venetæ cum mari Adriatico. 41.
Præparatio ad Nuptias Feudalitias. 42.

I.



QUamvis non semper realiter consequatur REM, 1 qui ducit uxoREM, vel accipit mulieREM; certè tamen, quod de modis acquirendi dominium exprimit Imperator: *singulorum hominum multis modis* RES *fiunt*, *§. 11. J. de rer. divis.* efferri commodè poterit & de modis contrahendi matrimonium; Nempe *singulorum hominum multis etiam modis uxo*RES *fiunt.* Quàm varia enim sit *maris atq; feminæ conjunctio, quæ Matrimonium appellatur, pr. J. de I. N. G. & C.* velùt in proscenio 2 hic exhibitum spectare, licebit.

II. Præterita prætereo lubens, quod tribus præcipuè modis Romani uxores capiebant atque habebant: *Confarreatione*, *Coëmtione*, & *Usu.* conf. *Anton.* Hottomann. *de vet. rit. nupt. c. 20. & seqq.* Hodie conjunguntur aliquando vir & femina, conjugali fide invicem reverà datâ; ubi tamen hæc justæ matrisfamiliâs nomen non assumit, 3 sed vocatur *uxor secundaria Dn.* Pufendorf. *lib. 6. c 1. §. 36. de I. N. & G.* quia *contra naturam matrimonii* à lege civili præscriptam, putà *L. Feminæ. 8. ff. de Senator. l. 10. C. de nupt. l. Mulieres. ult. de incol. & l. 13. de dignit.* ejusmodi uxor plenô mari- 4 ti honore non erigitur, nec æquali genere nobilitatur. Quale matrimonium inter Principes & personas Illustres satis frequens est, diciturque *ad Morganaticam, vel lege Salicâ* con-

tractum, 2. *feud.* 29. Conf. *Dn.* Myler. ab Ehrenbach *Gamolog. Person. Imp. illustr. c. 6. toto.* adde *Dn. Henr.* Linck. *in Disp. de Matrimonio Lege Salicâ contracto*, Von vermählung zur
5 Lincken-Hand. Diversum verò omninò ab illo, quod in *l.* 3. *C. de natur. liber.* dicitur *Conjugium Inæquale.*

6 III. Aliquando etiam mas & femina congrediuntur *contra ipsum matrimonii finem*, qui est, ut numerosâ prole Res-
7 publica augeatur. *Matrimonium* enim *humano generi videtur immortalitatem artificiosè introducere, & ex filiorum procreatione renovata genera manent. Nov. 22. præfat.* Conf. *Nov.* 140. *præf.* atque *ampliari imperium hominum adjectione potiùs, quàm pecuniarum copiâ, malle se*, D. Imp. *Hadrianus* rescripsit *in L. 7. §. 3. ff. de bonis damnat.* Unde & peculiaria πολυπαιδίας præmia deprehendere licet, vid. *d. l. 7. §. 3. & pr. I. de excus. tutor l 2. § 1. ff. de muner. & honor. l. 5. § 2. ff. de jure immunit. & lex* 1. *ff. soluto matrim. publicè*, inquit, *interest, dotatas esse feminas ad sobolem procreandam, replendamq; liberis ci-
8 vitatem.* Quæ verò omnia de liberis perfectis, sanis, & vivis intelligi debent; pariter enim utilitatis publicæ interesse efflagitat, ne vitiosâ & morbosâ sobole civitas inficiatur, defor-
9 meturque. Attamen leprosis, & morbô Neapolitanô, seu lue Gallicâ infectis, morboso cum sana, & vicissim, *liberum est, ad matrimonium convolare, si continere nolunt, c. 2. X. de Conjugio leprosor.* seu, ut dicitur 2. *feud.* 29. *si non valent continere.* Ubi *minùs malum ex duobus eligendum est, can. Duo mala. dist.* 13. *Præstat* enim *in Republ. habere leprosos Corpore, quàm animâ*, uti elegantissimè Mingering. *in Informat. Conscient. Evang. Dom. XIV. Trinit. q.* 1. Ut ita *minùs malum induat* velùt *rationem boni*, vid. Grot. *de. I. B. & P. lib. 3. c. 23. d. 5. n.* 2.

10 IV. Imò permissa est *contra formam & essentiam matri-
11 monii* conjunctio. Impotentiam enim & naturalem inhabilitatem ad defectum substantialem Dd. referunt, vid. *Dn.* Stryk *in Addit. ad jus Eccles. Brunn. lib. 2. c. 17. §. 3.* Quamobrem

rem & *in l. 220. §.2.ff.de V.signif.* dicitur, *parentes pios non aliò, quàm liberorum procreandorum animô & votô uxores ducere.*
Concessum verò nihilominùs impotenti atque inhabili est, 12
jungere se connubio feminæ conditionis illius non ignaræ.
Dicit enim expressè Pontifex, quod *vir eam, quam non possit habere ùt uxorem, saltem habeat ùt sororem, c.4.& 5.X. de frigid. & malef.* de *quasi viro* conf. *l.5.in med.C.de Sponsal.* Non proli- 13
xè deducam, *spadones, thlibias, & thlasias*, uti vocantur *in l. 128.ff.de V.signif.* jure civili nuptias contrahere posse, *l. 39.ff. de jure dot.l.6.pr.de liber.& posth.* cùm hi vitiô tantùm temporali à generatione impediantur per *§.9. I.de adopt.* conf. *Henr.* Canisi *Comm. ad c.2. de frigid. & malef. n.3.* Nec referam 14
multa de polychroniorum matrimonio; prohibuit hoc quidem olim *Lex Julia & Papia*, cavens, ne mulier 50. annorum sexagenario nuberet. Verùm legem hanc penitus abolevit *Justinianus* expressâ sanctione: *ne inter masculos & feminas* 15
majorès vel minores sexagenariis vel quinquagenariis ex ullo modo, vel ex ulla parte nuptiæ impediantur, l. sancimus. 27. C. de nupt. Tametsi femina major quinquaginta annis dicatur 16
sterilis, & parere cesset, *l.si sterilis. 21.pr.ff. de action. emt.* & si in ea ætate pariat, partus censeatur miraculosus, & rarò contingens, *l.si major quinquagenaria. 12.C.de legitim. hered.* At- 17
tamen ejusmodi conjugium adeò non improbatur, ut etiam in vita longiùs progressis, seniô ferè confectis, atque effœtæ jam ætatis hominibus hodie sine omni spe procreandæ sobolis permittatur. Ita conjugium viri juvenis cum muliere vetula septuaginta septem annos nata approbatum speciali responso *Dnn. Theologor. Wittebergens.* exhibet *Dn.* Stryk. *in Addit. ad I.Eccles.Brunn. lib.2. c.17. §. 2.*

V. De Eunuchis seu castratis, an liceat ipsis ducere uxo- 18
rem, paucis videamus. Sanè nullum est dubium, quin omnes, qui vel à limine jus cùm Civile, tum Canonicum, ne dicam

naturale, salutarunt, prorsus hoc sint negaturi; quia enim illi impotentes sunt coire mulieri, & πράττειν τὰ παρὰ τῆς φύσεως ἀνδράσι διδόμενα, ùt loquitur *Nov.22.c.6.* meritò matrimomium inire prohibentur *l.39.§.1.ff.de jure dot.l.14.§.ult.de*
19 *manumiss. vind.* Et cùm *novum atq; peregrinùm sexum repræsentent, Nov. Leon.98.* non eô digni favore censentur, ut ad mutuum adjutorium, ceu finem aliquem secundarium, i-
20 psis putativum matrimonium concedendum sit. Casus verò ante annos non adeò multos Dresdæ contigit, ubi Musicus castratus cum virgine sciente nuptias clam contraxit, & per hierologiam & copulam consummavit, cujus justitiam posteà defendit facultas Theolog. Regiomontana, aliis licet plenô ore contradicentibus, vid. *Dn.* Stryk. *in Addit. ad I. Eccles.Brunn. d.l.* Personæ autem conjunctæ in tali matrimonio tamdiu publicè vixerunt, donec maritus ille personatus scenam suam finivit, vitâ cum morte commutatâ.

21 VI. Admodum autem notabilis est appellatio *Cœlibis & peregrini Matrimonii,* uti Leo Imperator vocat, *Nov.98.* pariter intuitu Eunuchi. Quod non sine causa mirum videri potest, cúm sint contradictoria, vivere in cœlibatu, & contraxisse matrimonium. Quamobrem *Cœlebs Matrimonium* qui dicit, σιδηρόξυλον dicit, ubi prædicatum evertit na-
22 turam subjecti. Sed hoc in jure novum non est; quidam e-
23 nim referuntur *locuti linguam non ampliùs habentes, l.1.C.de offic.Præf.prætor. Qui loqui non possunt, sine voce dixisse existimantur, l. Labeo.7.in fin.de supellect. leg. Naturaq; mutus pot-*
24 *est videri respondere, l.124 ff.de R.J. & surdus per cerebrum ex-*
25 *audire loquentem, l. Discretis. 10.C.qui testam. facere.* Imò *vivi habentur pro mortuis, l.1.§.8.in fin.ff.de bonor. poss.contra tabb.*
26 *l.209.de R.J.* & contrà *mortui* pro *vivis, pr.I.de excus.tutor.l.31.*
27 *§.11. de ædil.edict.* Atque aliàs in jure feudali *egregia* dicitur *ingratitudo, 2.feud.23.§.de illa autem.* ubi tamen conf. *Udalr. Zas.*

de

de feud. part. 10. n. 64. 65. Et in l. 70. §. 8. de legat. 3. gossypium 28
appellatur *ἐριόξυλον seu lana lignea.* De *dolo bono* vid. *l. 1. §. 3. ff. de* 29
dolo malo; & de *veneno bono, l. 236. ff. de verb. signif.* Sic quoque 30
Cœlebs dicitur *Matrimonium,* quô *vir eviratus* cum muliere quidem conjungitur, sed sine commercio matrimoniali.
Qua occasione severè castiganda & damnanda est perversa 31
loquendi formula German. **Den Ehestand ledig führen/** quâ uti & delectari solent in cœlibatu minùs casto viventes, sed vagos concubitus exercentes; (de voc. **Ledig Mann** in alio sensu vid. *infra c. 3. th. 4. n. 36.* de cœlibatu ficto conf. *l. 5. C. de donat. ante nup.*) Meminerint autem ejusmodi cavillatores, facinus suum tantô esse graviùs, quô nequiùs hoc titulô matrimonii vel seriò, vel per jocum audent colorare, non sine maxima injuria in honorem & dignitatem ipsius matrimonii.
Abstineant ergò tali mycterismo, & insulsá subsannatione, & 32
de ceterò monitum Justiniani sequantur: *meliùs esse coarctare juveniles calores, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, qui eos post dispersum expectat patrimonium l. fin. §. 5. C. de bonis quæ liber.* conf. elegantissimè etiam loquentem *Nov. Leon. 89. in fin.*

VII. Posset etiam hîc exhiberi *Conjugium virgineum,* de 33
quo plura tractabitur in *C. 3. th. 11.* Hîc ergò solùm observamus, 34
Conjugium S. semper Virginis Mariæ cum Josepho pro vero & perfecto conjugio esse habendum, per *can. B. Maria. c. 27. q. 2.* nec mendacem ibi esse reciprocam conjugis appellationem, *c. Conjux. & seq. c. 27. q. 2.* conf. *Dn. Job. Christoph.* 35
Becman. *in Polit. parall. c. 7. §. 5.* De quo tamen alios aliter sentire, latè refert *Dn. Job. Adam.* Osiand. *observat. in Hug.* Grot. *de I. B. & P. lib. 2. c. 5. §. 9. observ. 1.* Quicquid verò hujus sit, 36
de perenni S. Virginis virginitate dubitare, sacrilegium est! uti contra *Antidicomarianitas* disserit *Hadrian.* Beverland. *De Stolatæ Virginit. jure. p. 86. seqq.*

do in festo Ascensionis Christi ipse Venetorum Dux, Senatu comitante, splendidâ navi Bucentarô mare invehitur, & celsa in puppi stans detractum digitô annulum aureum medias in undas projicit, hocque modô Reipulbl. suæ ipsum mare desponsat, *Joh. Frider.* Spreng. *Inst. I. publ. lib. 2. c. 18. p. m.*
238. Georg. Horn. *Orb. Politic. part. I. c. 3.* Posthabitis ergò a- 42
liis omnibus, ad Nuptias, quò sumus invitati, Feudalitias properemus; licet ferè credamus, non adeò pancraticè instructam mensam, nec magnas struices concinnatas patinarias, ùt loquitur Plautus, nos ibi reperturos.

CAPUT II.

DE CONJUGIO FEUDALITIO, RATIONE PERSONARUM CONTRAHENTIUM.

SUMMARIA.

Fundamentum appellationis Conjugii feudalitii ex ipso jure feudali. 1.
Non est hîc concipiendum Conjugium corporale. 2.
Baldus Feudistas appellavit pecudes. 3.
Multa in jure civili reperiuntur metaphoræ. 4.
Probatur hoc exemplis, ubi res inanimatæ describuntur per epitheta rerum animantium. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.
Per metaphoram etiam Vasallus dicitur Domini Conjux. 14.
Cœpta metaphora aliquando continuari solet. 15.
Quamobrem Justinianus dispescuerit Institutiones in libros IV. 16.
Vinculum inter Dominum & Vasallum per allegoriam vocatur Con-

Conjugium. 17.

In nuptiis ad sponsum, sponsamq; potissimùm conversi sunt oculi omnium. 18.

Petr. Georg. Tholosas. *putat, in jure primùm agi rectiùs de rebus, quàm personis. 19.*

Sponsa, vel uxor ubivis facilè invenitur. 20.

Vox Conjux licet semel tantùm ponatur; implicitè tamen duæ sunt personæ. 21.

Conjux à conjungendo derivatur. 22.

Uxor à Viro, & ab uxore Vir non est sejungendus. 23.

Dominus, an Vasallus maritum repræsentet; quæstio videtur esse ex perplexis. 24.

Vasalli German. vocantur Mannen/ Lehen-Männer. *25.*

Vasallus Ecclesiæ, Stifftsmann. *26.*

Quod verba demonstrant, hoc significatur. 27.

An feudum aliquod sit Masculinum, vel Femininum, à Vasallo seu primo acquirente; non à Domino appellatur. 28.

Regula: à potiori fit denominatio, confirmatur denominatione servitutū urbanarum & rusticarū. 29

Ex tituli primordio posterior formatur eventus. 30.

Viri uxores; non feminæ sibi viros quærunt. 31. 32.

Uxores à viris; non viri ab uxoribus defenduntur. 33.

Feminini sexûs imbecillitas. 34.

Mares superant feminas valore corporis, animiq;. 35.

Hippolitus de Marsil. contrarium contendens refutatus. 36.

Rara hodie est Amazonum fortitudo, & rara sunt exempla feminarum Illyricarum, Iberarumq;. 37.

Domino feudi nomen Mariti vindicatur. 38.

Correlatum termini feudalis, Mann/ *non est* Frau; *sed* Lehen-Herr. *39.*

Ut tamen perfecta sit metaphora seu allegoria de Conjugio, vocabulo maritus *debet correspondere* uxor. *40.*

Significatio vocis Mann. *41. 42. 43. 44.*

Vox Homo absolutè posita servum denotat jure civili. 45.

Per Hominem significatur Vasallus. 46. 47.

Ancillæ seu famulæ alicubi κατ' ἐξοχὴν vocantur die Menscher. *48.*

Qui feudum confert Dominus *nuncupatur, &* Senior. *49. 50.*

Major & dignior præferendus minori. 51.

Uxor Maritum significat, dicendo: mein Herr. *52.*

Feudum concedens dicitur etiam Capitaneus. *53.*

Mari-

Maritus uxoris caput est. 54.
Quomodo quidem & ipsi Vasalli dicantur Capitanci. 55.
Vasalli vocantur Clientes seu Clientuli. 56.
Digniori inter Conjuges Dominus feudi æquiparandus. 57.
Vox Conjux 2. feud. 58. *sumitur in genere masculino.* 58. 59. 60.
Diversa lectio circa voculum quem, *&* quam. 61.
Officium Vasallo, ut Conjugi feminæ, incumbens. 62.
Feudum femininum quid, & quotuplex. 63.
Feudorum femininorum exempla remissivè 64.
Quid feudum masculinum. 65.
Difficultates, quare in feudo masculino Vasallus Conjugem femininam repræsentare nequeat. 66. 67. 68.
Appellatio Lehn-Mann *jure feudali æq. Feminis, ac Maribus competit.* 69.
German: Mann-Lehen *in investitura non præcisè infert feudum masculinum.* 70. 71.
Hoc ergò casu feminas nihilominùs succedere posse, Juri communi feudali non repugnat. 72.
Standum tamen hic potissimum est moribus, & receptô vocabuli usu. 73.
Quomodo pariter Vasallo conveniat appellatio Uxoris vel feminæ. 74.
Uxor alia vera est, alia ficta. 75.
Objectio resolvitur. 76.
Per argumenta à simili thesis stabilitur. 77. 78.
De differentia fictionis, & metaphoræ remissivè. 79.
Vocibus masculinis etiam Feminas significari, exemplis è jure Civili probatur. 80.
Vivus mortuum repræsentat. 81.
Aliquando, quod quis ratione personæ non est, censetur esse ratione juris. 82.
Officium Proxenetæ seu Conciliatoris nuptiarum. 83.
Feminam non posse feudum dare, existimat Hattyser. 84.
Ad ejus argumentum respondetur, 85. 86.
Jure Saxon. *potestas conferendi feudum in Feminis quadantenùs est restricta.* 87.
Quodnam conjugium inter monstra referatur. 88.
Jure novô sublata est differentia inter mares, & feminas. 89.
De exemplis feminarum in mares degenerantium remissivè. 90.
Quâ ratione aliàs in sensu juridico feminæ masculinari *dicantur.* 91.
Femina etiam, feudum concedens, stat pro Mare. 92.
Mulier est Mas occasionatus. 93.
Rectèque utitur titulô Lehn-Herr. 94.

Omnes, qui liberè res suas administrant; infeudandi potestatem habent. 134.

Filiusfam. in feudo conferendo, uti in contrahendo matrimonio, consensum patris adhibet 135.

Furiosus tempore intervalli matrimonium init, & feudum confert, 136.

Facultas ineundi conjugii surdo & muto vindicatur: pariterq; in feudum dandi. 137.

Omnes, habiles ad contrahendum, censentur etiam esse tales ad feudum accipiendum. 138.

Cæcus cæcam ducit; & infeudat, 139.

Restringitur hoc ratione acquisitionis ad feudum novum. 140.

A feudo antiquo excluduntur Cæci, surdi & muti. 141.

Minores, pupilli, impuberes & infantes producuntur. 142.

Ætas nubilis quibus annis definita. 143.

Exempla præmaturi Conjugii, & congressus. 144. 145.

Querela de crescente infantum malitiâ. 146.

Tutor auctoritate, & nomine pupilli, infantisve feudum acquirit. 147.

Juramentum fidelitatis in tempus pubertatis differtur, 148.

Sicuti sponsalia impuberum, & matrimonia demum post pubertatem confirmantur. 149. 150.

Num infantum Illustrium in cunis adhuc jacentium sponsalia sint probanda, 151.

A Christianorum hoste illicitè feudum accipitur. 152.

Nullum enim cum tali Domino est Conjugium feudalitium. 153.

De incommodis matrimonii cum Infideli remissivè 154.

It. de commercio & fœdere cum Infideli 155.

Ulterior invitatio ad solennia Nuptiarum feudalium. 156.

.I

F*Ictio ut reperiat, ubi pedem figat*, necessum est secundúm *Fabian. de Mente Tr. de emt. & vend. sub pacto retrov. q. 6. n. 47.* Nec cerebrina est hujus Conjugii denominatio, sed ex ipso jure feudali probatur, ubi oculis, & manibus quasi tenetur, quando expressè dicitur 2. *feud. 58.* quod *Vasallus Dominum* habeat *in CONJUGEM*. Hoc verò non corporaliter aut carnaliter accipiendum esse, quilibet, etiam me non monente facilè intelligit, *per L. in ambigua, 19. ff. de LL*, atque aliàs


1

2

per Legem Scantiniam, & *L. cum vir nubit. 31. C. ad L. Jul. de adult.* quæ de præpostera masculorum conjunctione gladiô ultore vindicanda agit, satis superque declaratur, conf. §. *4. I. de*
3 *publ. judic.* Alioqui enim *Baldus* non immeritò (uti facit non sine magna injuria) *Feudistas pecudes* appellasset, vid. *Franc.* Hotomann. *præfat. lit. E. Disputat. de feud.* & Ludvvel. *synops. j. feud. c. 14. p. 293.* ipsaque *Feuda* jure dicerentur *fœda*, aut, uti Feudistarum verbum est, *Faida*; & Cujacius *Feudistarum fæculentam cohortem* rectè dixisset. vid. Rittersh. *prolegom. part. feud. p. 15.* conf. *lib. 1. c. 1. q. 12.* Imò Conjugium feudalitium ob *cap. Notandum, 2. feud. 58.* non aliô sensu *Notabile* foret, atque in *l. 5. §. 2. C. ad L. Jul. maj. Notabile* significat *Infame.* Vocabu-
4 lum ergò *Conjugis* hic sumitur ἀκυρολόγως seu impropriè & methaphoricè; nec enim in jure desunt metaphoræ, quas omnes in catalogo velle exhibere, nimis hoc foret extra ole-
5 as versari. Quædam tamen non minùs jucunda, quàm curiosa recensebo exempla, ubi rebus inanimatis tribuuntur epitheta, quæ alioqui solis competunt animatis & viventibus. Ita *Leges* dicuntur *Custodes vitæ nostræ, & Medici. Nov. Leon.* I. *procem.* conf. *Nov. Justin.* III. *præfat.* Ob iniquitatem
6 *Lex* posita *erubescit, l. 33. §. 1. C. de inoff. testam. Defectus bonitatis in moneta Morbus quidam, & tabes Reipubl. Leon. Nov. 52. Causa non ampliùs integra* dicitur *vulnerata, l. 5. C. in quibus caus.*
7 *in integr. Actiones* censentur *vivere, l. sicut. 3. C. de præscript. 30. l. 40. annor. Nasci, l. 9. pr. ff. de furt. vitamq;* habere, *l. 1. §. 1. C. de ann. except. Servitutes reviviscere*, Gothofr. ad *L. 9. ff. comm. præd. Renasci. l. 6. ff si servit. vind. Actio* furti *iteratis fabulis sæpe Recreari, d. l. 1. §. 1. C. de annal. except. Statua* unô *spiritu* contineri, *l. 23. §. 5.* in fin. *ff. de rei vind. Via* sine exitu *intermori, l. 3.* in fin *ff. de loc. & itiner. publ. Civitas* quasi *mori, l. 21. quib. mod. ususfr. Vineæ* vel *arbores demortuæ, §. 38. I. de rer. divis. Agri*
8 ob defectum aquæ *sitire, l. 6. C. de servit.* Porrò dicuntur *obligationes*

tiones ex delicto venientes *cum capite ambulare*, *l. 7. §. 1. ff. de capite minut. Dos.* & *donatio propter nuptias æquis passibus ambulare*, *l. fin §. fin. autem. C. de. donat. ante nupt. Ambulatoria voluntas*, *l. 4. ff. de adim. vel transf. Insula* in flumine nata *ad vicini fundi frontem respicere*, *l. 30. pr. ff. de aquir. rer. domin.* conf. *l. 56. eod. Caput testamenti heredis institutio*, *§. 34. I. de legat. Legata rectâ viâ* ad legatarium *transire*, *l. 80. de leg. 2. l. 64. de furt. Vox ministerium præbere* ad proferendum id, quod sentimus, *l. 7. in fin. ff. de supell. legat. Præscriptio currere*, & *dormire*. Dd. ad *d. l. 30. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Navis*, exortâ tempestate, 9
laborare, *l. si laborante. 2. ad L. Rhod. de jactu. Consilium*, quod quis capit intempestivè, adversus propria commoda *laborare*, *l. 4. C. de sponsal. Paries* invicini domum procumbens, *ven-* 10
trem facere, *l. 17. pr. ff. si servit. vind. Peculium simile esse homini*, 11
sicq; nasci, crescere, decrescere, mori, *l. peculium. 40. ff. de pecul. Hereditas, Municipium* seu civitas, *Decuria*, & *societas Personæ* vice funguntur, *l. 22. ff. de Fidejus. Natura tanquàm Famula* à Conditore *tradita præcepta observare*, *Nov. Leon. 98. Ruris* es- 12
se *ingenium*, *l. 7. C. de bonis proscript.* alius *fundus* alii *Servus* fieri, *l. 22. §. 3. ff. fam. ercisc. Metropolis Mater* provinciæ, *l. un. C. de* 13
metrop. Obligatio ante conditionis eventum dicitur *filia ante matrem*, *Arnold.* Vinn. *ad §. 13. I. de inutil. stipul.* Atque hæc 14
quasi per lancem satyram adducta jam nobis adimunt curam ampliùs inquirendi, cur Dominus Vasalli Conjux nominetur, quippe quod pariter figurata, & tropica hæc sit appellatio. Quemadmodùm verò, & methaphoram semel cœ- 15
ptam continuari, non est infrequens; quod & ipse Justinianus in conficiendis Institutionibus observavit, quando factâ *Institutionum* metaphoricâ descriptione: quod *sint totius legi-* 16
timæ scientiæ prima Elementa, §. 4. *I. prooëm.* in eadem persistens metaphora, Institutiones in quatuor libros distribuit ad exemplum quatuor Elementorum naturalium; Ita nec mi-

C 3 nùs



17 nùs rectè vinculum inter Dominum & Vasallum Conjugium vocari potest; nec minùs rectè, nisi me omnia fallunt, facere videbor, si Conjugium hocce allegoricum & similitudinarium penitiùs inspiciam, & cum vera propriaque Maris & Feminæ conjunctione ampliùs conferam, quæ istâ occasione ex jure feudali huc trahi poterunt, parritè appositurus.

18 II. Festivitates nuptiales accedentes primò omnium de ipsis Novis Nuptis quærere, eòque animos, oculosque convertere solent; adeò priùs de Personis inter se conjungendis solliciti sunt, cùm parùm sit, jus, jusculumve gustasse, si personæ, quarum causâ præparatum est, ignorentur arg. §. *ult. I. de I.N.G.& C.* Nam *& personarum contemplatio habenda est, l.8.* §.
19 *11.ff.de transact.* conf. *1.feud.1.pr.&* §. 2. Quæ itidem cura nunc menti infixa est præcipua; tametsi *Petr. Georg.* Tholosanus, *in Syntagm. Juris universi* priùs de Rebus, quàm Personis vult tractandum, ratione motus, quod res omnes corporales, & incorporales opere sexhemerò prius creatæ, posteà verò de-
20 mum homo iis superinductus. Huic enim aures accommodare, oculi prohibent, qui antè personas hîc loci intueri malunt. Ubinam ergò Sponsus? ubi Neonympha? ubi Maritus? ubi Uxor? Velùt in parenthesi respondere videtur de Sponsa seu femina Imperator Leo *Nov, 91. vitæ Consortem invenire difficile non est;* imò *& Vir, & Uxor, & nuptiæ & matrimonium, & dos,*
21 *&* omnia *hic* intelliguntur, arg. §. *12. I. de nupt.* Equidem certum est, in textu nostro *2. feud. 58.* unius tantùm Conjugis fieri mentionem; attamen vulgò notum est, terminum Conjux esse in prædicamento relationis; relatorum verò unò po-
22 sitò, alterum quoque poni, necessum est. Unde ad conjugium duæ necessariò desiderantur personæ, Mas & Femina; quod & ipsum ἔτυμον arguit; *Conjunx* enim *à conjungendo* nomen sumsit, *Andr.* de Isernia *Comment. in 2. feud. 58. pr. ad verb. Dominum autem.* Unum verò solum sine altero conjungi non posse,

posse, manifestum est. Procul ergò hinc absit ἡμιγαμία; absit 23
ut à viris conjuges segregentur, *l.11. C. comm. utriusq.* imò potiùs, *quæ separari non possunt, conjuncta sunt relinquenda, l.35. de ædilit. edict.* Conf. *Hulder.* Eyben. *Elect. j. feud. c.8. §.1. in med.*

III. Majoris momenti quæstio est; uter in hocce con- 24
jugio similitudinario Mariti, uter Uxoris vicem sustineat, & repræsentet? meritò enim, τῶν ἀπόρων seu ex perplexis hanc esse quæstionem, apparet, vid. *l.88. pr. ff. ad L. Falcid.* Namque 25
videri poterat, locô Mariti Vasallum stare debere, cùm appellatio famosissima hoc clarè innuat; vocantur enim Vasalli Germanicè Mann / Mannen / & cum adjecto Lehemann / Lehenmänner. Inque literis investiturarum stylo curiali semper usurpatur: unser getreue Mann drum seyn 2c. necnon informula juramenti fidelitatis: Alß Sr. C. D. Lehn-Mann getreu / hold / gewärtig und gehorsam seyn / 2c. auch sonsten alles anders thun / halten / und lassen / was einem getreuen Lehen-Manne 2c. vid. *Dn.* Strykius *Ap-* 26
pend. Exam. J. feud. Testatur quoque *Dn.* Lambecius *lib. 2. Rer. Hamburg. n.389.* in antiquo *indice MS. Vasallorum Ecclesiæ Bremens.* legi Stifftsmanne / quô *Vasalli Ecclesiæ* significentur. *Verba* autem *cum effectu sunt accipienda, l.5. §.2. ff. ne quis* 27
eum qui in jus voc. nominaq; ex communi usu exaudiri debent, l. Labeo. 7. §.2. de supell. legat. ut *sint consequentia rebus vocabula, §.3. I. de donat.* conf *§.5. I. quib. m. test. infirm.* Nec enim *in dubio recedendum ab eo, quod verba sonant, Laurent,* Sylvan. *de feudi recogn. q.35. n.2.*

IV. Porrò Mariti partes Vasallo competere ideò vi- 28
dentur, quia, utrum feudum aliquod sit Masculinum, an Femininum à Vasallo seu primo acquirente, non à Domino seu concedente, qui hîc planè non attenditur, denominationem habet. Nam quod Femina à Masculo accepit feudum, dicitur

Fe-

Femininum. *2. feud. 30.* Quod verò Masculus accepit à Femina
29 manet Masculinum. Jam autem *à potiori fieri denominationum*, regula est in vulgus pervulgata. Quam ob causam aliàs servitutes Rusticæ, vel Urbanæ denominantur non à prædio serviente, sed dominante, Franzk. *ad ff. de servit. Urban. prædior. n. 65.*
30 Contrà verò hìc non Domino; sed ei, qui servitia præstat, nempe Vasallo ὀνομαθεσία ratione qualitatis feudi tribuitur. Sic igitur *ex primordio tituli posterior formatur eventus, l. un. C. de imponend. lucrat. descr.* & *cujuscunque rei potissima pars principium est, l. 1. ff. de Orig. Jur.*

31 V. Unde ampliùs sequitur, quia feudum acquirens seu Vasallus initium facit feudo, minimùm ratione nominis masculini, vel feminini, eum utique pro Marito habendum esse, quippe viri sibi quærunt uxores, non feminæ viros; idque ob cultum verecundiæ puellas decentem, *l. in Conjunctione. 20. C. de nupt.* ut hìc liceat applicare verba *L. 14. C. de contr. & committ. stipul. mulieres naturalis pudor non omnibus perperam se se manifestare contedit.* Quo german. referri potest, Sie müssen sich nicht außbiethen. Masculorum ergò tantùm est
32 ambire, atque expetere sibi uxorem. Et quemadmodùm de viro juvene phrasi German. rectè dicitur: Er will sich beweiben/ita minùs congruè de Virgine: Sie will sich vermannen.

33 VI. Deniqne argumentum pro titulo maritali Vasallus exinde habet, quod, quotiesc. Domino periculum aliquod imminet, vel injuria infertur, eundem omni modò defendere teneatur, *2. feud. 7.* Atqui norunt Dupondii, *defendi uxores à Viris, non viros ab uxoribus, æquum esse*, §. 2. *I. de injur.*
34 Quomodo etiam, si pro uxore accipiendus Vasallus, Domino periclitanti opem & salutem ferat? cùm propter sexûs infirmitatem, & imbecillitatem, quæ utramque in jure paginam facit, ipse ubique ad læsionem foret pronus. vid. *pr. I. quibus alien. licet. l. 2. ff. ad SCt. Vellej. l. 1. C. quando mulier tut. l. 12.*

C. qui

C.qui potior. in pign. Nam & *omnium mulierum consilium fragile est*, Gothofr. *ad l.1. C.de Confirm. tutor.* & *plerumq; adversus commoda propria invenitur laborare, l. 4. C. de Sponsal.* E contrario autem *ferè sexus masculinus femininum superat viribus corporis & animi*, Pufendorf *de I.N.& G.lib.6.c.1.§.9.* præsumiturq; masculus fortior feminâ, Gothofr. *ad l.10.in fin.de reb. dub.* & meritò refutat Covarruvias *part.2.de Spons.c.3.§.4.n. 18.* Hippolytum *de Marsil.* qui ex *l.32. pr.ff. ad l. Jul. de adult.* probare intendit, feminas esse durioris constitutionis, & fortiores viris ad vulnera perferenda. Dudum enim fortitudo Amazonum elata & sepulturæ data est; ac rara hodie sunt exempla feminarum, quæ robore corporisque viribus æquiparare possint *Illyricas*, & *Iberas*, de quibus dicitur, quod *prægnantes adeò sine omni fere dolore & labore partum edant, ut infantem non peperisse, sed invenisse credantur.* Gothofr. *ad l.12.§.1.C.qui potiores in pignor.* *Quæ autem rarò contingunt, non faciunt impedimentum universis. Nov. 44.c.1.3.* conf. *l.3. 4.5.6. ff. de LL.*

35 36 37

VII. Verùm enim verò salva Domini res est, huic enim nihilominùs nomen Mariti dandum est & vindicandum. Nec impedimentum injiciunt modò pro Vasallo in medium prolata. Ut enim, reliquis aut neglectis, aut infrà discutiendis, (conf. *Cap.* III.§.*6.&§.17.Cap.IV.§.8.*) unicum tantùm hic ad amussim exanimetur, quod Vasalli in vernacula dicantur **die Mannen**. Non quidem adeò ad rem facit, quod alioqui eleganter & doctè vult *Dn.Hulder.* Eyben. *in Elect. I.feud. c.9.§.6.in fin.* termini feudalis **Mann** correlatum non esse **Frau**/ sed **Lehen-Herr** / adeoque voculam illam *non sexûs & conditionis naturalis, sed vinculi Vasallitii & conditionis civilis*, in feminas æque ac mares competentis, esse significativam. Hoc, inquam, in præsens plenè sufficere non poterit; quia enim Conjugium aliquod symbolicum, & metaphoricum inter Dominum, & Vasallum est proclamatum, neces-

38 39 40

sè omninò est, ut correlatum Viri ad Uxorem licet pariter
41 symbolicè stabiliatur. Itaque ex informatione ejusdem *Dn. Eybenii* amplius teneo; vocabulum Mann / aliàs insigniter homonymon, notare interdum conditionem hominis, cujus ministerio, & officio submissiore aliquis in rebus suis utitur: Er ist sein Mann / *d.c.9.§.4.*(vel ùt hodie loqui solemus;
42 Sein Kerl) Imò subjicit *d. Auctor ibid.* parùm abesse, quin credat, non minùs vocem Mann / quàm Schalck / Knecht /
43 Knap / Degen &c. *Servum olim significasse.* Et initiò *§.11.d.c.* ita disserit: *modo prolata nomina non minùs, quàm* Lehen-Männer *omnibus ac cujuscunq; gradûs, ac fortunæ beneficiariis communia olim fuisse, bodieq; ex parte esse videntur.* Cui succenturiatur *Dn.* Lambecius *Lib.2.Rer. Hamburg. n.189. in not.* as-
44 serens, vocabulum Deenst-Männer jam dudum Germanis
45 pro Vasallis venisse. De jure civili certum est, vocem *Homo* obsolutè positam regulariter *Servum* denotare, vid. *pr. J. de L. Aq. l.22. ff. de compens. l.66.§.3. ff. de leg. 2.& l.2.§.1. de const.*
46 *pecun.* Cui apprimè concordat, aliquando Jure feudali per *Hominem, Vasallum* significari, *2.feud.99.* imò *quæ in jure nostro de Hominibus sunt prodita, ea ad Vasallos propriè referri* posse, testatur *Libor.* Hattys. *Anal. jur. feudal. c. 1.* Dictumque inde *Hominium* seu *Homagium*, quod illius præstatione Vasalli profitentur, se fideles Domino fore, & esse se *Homines* ejusdem. *ibid. lit.d.* Apud Gallos etiam *Homme* idem planè signifi-
47 cat, quod German. Mann / Feminino sexui oppositum; pariterque *Homme, & Vassall* Gallis pro synonymis habentur. Ubi
48 prætereundum non est, in locis quibusdam Germaniæ superioris servam, famulam seu ancillam κατ' ἐξοχὴν appellari, das Mensch / Die Menschen / Menschere. Et *JCto* Cajo, *Hominis appellatione tam feminam quàm masculum contineri, non dubitatur, l.152. ff. de V. signif.* E contrario autem feudum con-
49 ferens *Dominus* nuncupatur Lehen-Herr / item *Senior, 1. feud.*
17.

17. & 18. à Longobardorum *Signore* vel *Segnore*, quod idem
eſt ac Dominus, Vultej. *de feud. c. 3. in fin. Senior* enim non 50
tam ſenectutis, quàm honoris vocabulô, uti hoc nec aliàs in-
frequens eſt, appellatur, *Conrad.* Rittersh. *partit. feud. prole-
gom. pag. 5.* Unde ſatis liquidum & apertum eſt, ſtante Domi- 51
num inter & Vaſallum Conjugiô, potiùs illi, atque huic Ma-
riti appellationem convenire, *major* enim & dignior meritò
præfertur minori, *l. ult. C. de ordin. judic.* & ſemper *præferen-
dum eſſe Seniorem*, vult *l. ult. ff. de fide inſtrum.* Hinc cui com-
petit titulus, ceu cauſa, Herr / ei competere etiam debet ef- 52
fectus, Ehr; Ipſeque Codex Sacer nos docet, Uxorem mari-
to tanquàm Domino ſuo eſſe ſubditam, *Gen. III.* 16. *Rom. VII.
2.* (quamvis Vaſallagium non præcisè ſubjectionem inferat,
de quò inferiùs) quamobrem etiam communi loquendi uſu
Dominus Maritum ſignificat, ipsâ ſic volente, & loquente
Uxore: Mein Herr / h.e. Mein Mann / it. Ehe-Herr / Ehe-
Mann. Conf. Limn. *J. publ. lib. 4. c. 5. n. 3.*

VIII. Nec parùm huc confert, quod concedens feu- 53
dum dicatur *Capitaneus*, 1. *feud.* 1. *pr. à Capite*, quò ſuperio-
ritas denotatur, & præcedentia, uti Princeps à primo appel-
latur, & dicit ex Baldo Gothofr. *ad 2. feud. 4.* quod Dominus
ſit *Caput* feudi, Conf. *Bar. à* Tautenberg. *de feud. lib. 2. tit.* 10.
in med. Maritus verò eſt *familiæ Princeps*, *l.* 196. *pr. ff. de Verb.
ſignif.* & Uxoris *Caput* Altisſimâ Voce prædicatur: Der 54
Mann iſt des Weibes Haupt / *Ephes. V. 23. Feminam enim
maſculi principium, & caput* conſtituere, *Job. Gæd. ad l. 1. n.
64. ff. de Verb. ſignif.* dicit, *eſſe contra omnem rationem politicam,
œconomicam, & phyſicam,* addo *Canonicam, Juridicam,* & *Feu-
dalem.* Equidem aliquando & ipſi *Vaſalli* dicuntur *Capita-* 55
nei, ſeu *Valvaſores majores*, *2. feud.* 10. ſed impropriè tantùm,
& reſpectu *Valvaſorum minorum*, quibus illi pariter feuda
dederunt, *Magnif. Dn.* Struv. *Syntagm. j. feud. c. 3. th. 5. n. 4.*

atque ita certò respectu Dominis, aliò respectu Vasallis annumerantur, *Dn.* Stryk. *Ex. I. feud. c.6. q.* 4. Quâ ratione & Mulier *familiæ Caput* dicatur, vid. *l.* 195 §. *ult. ff. de Verb. signif.*

56 IX. Insuper *Vasalli* nominantur *Clientes* seu *Clientuli*, 1. *feud.10. & 13.* quod Dominum, seu Patronum revereri, & agnoscere debeant; unde & Vasalli libertis comparantur, vid.
57 *Henric.* à Rosenth. *de feud. c.1. concl.11. n.1. & alibi passim.* Igitur, ùt sine dubio dignior est persona Patroni quàm liberti: ita meritò ipse etiam Viro æquiparatur, quià itidem *major dignitas, est in sexu Virili, l.1. ff. de senator.* Et sexum masculinum *digniorem, excellentiorẽ & perfectiorem;* femininum *indigniorem & imperfectiorem* dicit *Joh.* Gœdd. *ad l.1. n.64. ff. de verb. signif.*

58 X. Denique ipse juris feudalis textus *2. feud. 58.* qui in hac materia est cardinalis, corroborat, confirmatque, non Vasallum, sed Dominum sub persona Mariti hîc in scenam
59 prodire. Tametsi enim vocula Conjux Grammaticis communis seu utriusque generis, sicque de utroque sexu rectè pronunciatur, atque intelligitur, *l. 81. pr. ff. de legat. 3. l. 101. §.*
60 *3. ff. de V. signif.* Quia tamen notabiliter additum est, *Conjugem vel amicum*, (licet verba *vel amicum* vulgò properàm addi, notet *Jacob.* Cujac. *h.l.*) luce meridianâ clariùs patescit, Dominum feudi in genere masculino Vasalli Conjugem vocitari; Cùm etiam haud rarò præcedentia per sequentia declarentur, arg. *l.17. de leg.1.* seu, uti aliàs loquuntur Dd. *spe-*
61 *cies subjecta restringit genus præcedens.* Quod verò *Editiones* non nullæ, inter quas *L. Charondæ*, & *Jul. Pacii*, in d. text. *2. feud. 58. pr.* pro *quem* legunt *quam*, ita: *quam priùs habuit in Conjugem*, id ruinoso incumbit parieti, sicque suâ facilè sponte corruit. Errorem inde natum conjicit *Casp.* Bitsch. *Comment. in h.l. ult. Not.* quod Conjugem pro Uxore (*vera sc.*) dici, putarint. Næ illi, quibus isthæc lectio placet, addendo tamen *vel amicum*, suô sibi gladiô se jugulare videntur. Unde & notula margin. d. *Edit.* Pacii *quem* legendum rectè monet.

XI.

XI. Quid verò nunc de Vasallis dicemus? lectionem 62
suam illi capiant sibi ex *l. ult. C. de recept. arbitr. Mulieres sint officii sui memores, & operum quae eis natura permisit, & à quibus eas jussit abstinere.* Quod utique hîc ad rhombum facit; concessò enim Domino jure Mariti, Vasallo Feminae instar sola obsequendi, & serviendi gloria relicta est. Atque hoc 63
quidem expeditum est in *feudo Feminino* German. Weiber oder Kunckel-Lehn/ it. Schlair-Lehn. Besold. Thes. pr. h. voc. Quod vel *ratione originis* est tale, nempe de *quo femina primum est investita*, *2. feud. 30.* hocque respectu descendentium posteà *Maternum* nuncupatur, *I. feud. 15.* vel *ex pacto, masculis deficientibus, ad Feminam de volutum,* quod impropriè tantùm Femininum esse, volunt Dd. unde distinguunt inter *feudum Femineum*, & *Feminae*; ut illud sit, quod à femina originem passivam habet, hoc quod ad mulierem ex pacto pervenit, *Dn.* Stryk. *Ex. J. feud. c. 4. q. 7. Multum enim interest, feudum mulier habuerit, an feudum muliebre fuerit. Libor.* Hattys. *Annal. I feud. c. 4. lit. e.* Femininorum feudorum 64
exempla vid. ap. *Myler.* ab Ehrenbach/ *de Princip. & Stat. Imper. c. 24.*

XII. Sed *feudum masculinum*, Germ. Ein Mann-Lehen/ 65
Männlich-Lehen / *quod alicui pro se, & liberis suis seu heredibus simpliciter sine mentione feminarum conceditur, 2. feud. 31.* Vor sich/und seine Männliche descendenten: Hoc, inquam, 66
est, quod non minimum adhuc scrupulum injicit, & crucem 67
figit: quomodò nempe Vasallus Masculus, ut imago Conjugii perfecta sit, Uxorem possit repraesentare; cum *nequidem vestimentis muliebribus Vir facilè uti possit sine vituperatione, l. 23. §. 2. de auro arg. mundo, conf. Deut. XXII. 2.* Gothofr. ad *l. 31. lit. n. in fin. C. ad l. Jul. de adult.* Et de ipsa natura Feudi est, 68
praesertim à Masculo primùm acquisiti, esse μισόγαμον, feminasque omninò omnes ignorare, & pro nullis reputare. Ve- 69

rùm uti German. Mann/Lehen Mann Jure feudali Femi-
nis æque ac Maribus competit; & vocabulum Mann-Lehen/
quatenus nempe à qualitate, non sexûs Männlichen-Ge-
schlechts/ sed Vasallitica, Lehen-oder Mannschafft origi-
nem ducit, generale est, nec feudo feminino, Weiber-Lehen
70 opponitur. *Dn.* Eyben, *Elect. I. feud. c. 9. §. 23.* Adeò ut *ad usum*
practicum sit *observandum, nullam esse necessitatem, nisi alia*
aliud suadeant, intelligendi feudum masculinum, quod in tabb.
investituræ Eines Mann-Lehen *mentio fiat*, Eyben, *d. c. 9. §. 5.*
71 Additque celeberrimus is *Actor*, quod & hactenus bene ha-
beat illa feudistarum, quàmvis numerô pauciorum, doctri-
72 na; nempe in feudo dato zu rechten Mann-Lehen / zu rech-
ter Mannschafft/ feminas quoque suô ordinê & loco succe-
dere. Quando verò Dd. hoc de particulari duntaxat usu,
consuetudine & stylo Curiæ valere volunt, alioqui juri com-
muni, & primævæ etymologiæ idem repugnare; *Idem ipse* po-
tiùs existimat, interpretationem hanc nec juri communi, nec
73 verborum nativo sensui, aut origini adversam esse. Notabili
tamen subjectâ ἐπιχειρήσει, si constans receptusque alicubi usus
significationem vocis Mann-Lehen/ Mannschafft nonni-
si eam agnoscat, quâ de feudis masculinis intelligitur, ibi uti-
que latiorem illam interpretationem contra morem & con-
74 suetudinem nemini temere obtrudendam esse, *hæc ille.* Ita è
diverso nihil prohibet, quò minùs appellationem Uxoris vel
feminiæ, proùt similiter hæc non conditionem sexûs & na-
turæ, sed vinculi civilis, seu Conjugii feudalitii exprimit, et-
75 iam Masculo Vasallo tribuamus. Neque enim curamus
hîc Uxorem veram & naturalem, sed sufficit hieroglyphica,
76 ficta & figurata. Cui obstare nequit, nuptias seu Conjugi-
um ne quidem fingi posse, nisi inter personas, inter quas ma-
trimonii jus est. *Dn. Joh.* Strauch. *dissert. Justin. 4. §. 3.* cum ad
omnem fictionem requiratur possibilitas, ne fingatur, quod
jure

jure, & facto impossibile est, Strauch. *d.l.* Quippe hi fluctus cymbam nostram magis propellunt, quàm subvertunt aut morantur; nullum enim in præsens apparat impossibile juris. Sicùt igitur ἄγαμ☉ filium adoptivum potest habere, 77
quamvis sine Uxore pater esse nequeat, *l. Et qui 30. de adopt.* Et qui filium non habet, ei alium adoptare in nepotem, fictio 78
juris positiva permittit, §. *5. I. de adopt.* Quare nec in Conjugem quis assumi possit, licet natura, & de possibilitate facti talis verè esse nequeat? Ut nihil dicam de differentia inter 79
fictionem, & parabolicam, seu metaphoricam locutionem; Sanè ipsum jus causam hanc manifesto tuetur, quando Lex. *Qui duos mulos, 62. ff. de leg. 3.* sonat h. m. *semper sexus mascu-* 80
linus etiam femininum sexum continet, & *l.* 195. *de V. signif. pronunciatio sermonis in sexu masculino ad utrumq; sexum plerumq; porrigitur.* Unde *Servorum* appellatione continentur *Servæ, d. l. 62. Puerorum Puellæ, l.* 81. *ff. eod. filiorum filiæ. l.* 16. *pr. ff. de testam. tut. Fratrum Sorores l. 93. §. 3. de leg. 3. Patroni* appellatione & *Patrona* continetur, *l. 32. ff. de V. signif.* Tandem, 81
si vivus potest repræsentare mortuum, per *Nov.* 118. *c.* 1. *& 3.* qui tamen inter homines esse desiit, *l. 57. de leg. 2.* qui rebus humanis est exemtus, *l. 2. C. de hered. Decor.* Si & paterfamili- 82
às rectè appellatur, etiam qui filium non habet; *cùm non sola persona ejus, sed & jus demonstretur, L. 195. § 2. de V. signif.* Quomodò non Vasallus Feminam repræsentabit? quomodò non saltem ratione juris habebitur talis, qualis ratione personæ non est?

XIII. Revertor nunc ad Dominum feudi ipsum, oportet 83
enim, ut *Proxenetæ* instar, seu *Conciliatoris nuptiarum*, uti vocatur in *l. 6. C. de Sponsal*, modò hinc modò illinc verba faciam, donec inter desponsandos, seu matrimonio jungendos voluntatum, atque animorum plenissima existat consensio. Quæstionis verò est, num & Femina feudum concedere 84
possit?

posſit? Negat illud Hattys. *Anal. I.feud.c.5. lit. t.* quia femina juris dictionis capax non cenſetur, arg. *l. 2. ff. de R. J.* at,qui
85 feudum dat,jurisd. habere intelligitur, *2.feud. 15.& 49.* Sed reſpondetur, feminam naturâ, & quâ feminam, incapacem jurisdictionis non eſſe: ſed moribus tantùm, & lege Civili à judicando excluſam, *l.12.§.2.ff. de judic.* quod jure feudali mutari potuit, & reverà mutatum eſt, per text. *2. feud.3.*
86 prope fin. mitiorque hæc putatur ſententia, *2.feud.91.* Jurisdictio enim hîc non jure Magiſtratûs, ſed jure ſingulari, & per conſvetudines feudales competit; nam aliàs nec ruſticus feudum concedere poſſet, *Dn.* Struv. *Syntag.J.feud.c.5.th.3.n.3.*
87 Ludvv. *Synop.J.feud.p.110.* Reſtricta tamen hæc pòteſtas feminarum *Jure Saxon.* eſt in tantum, ut ad feudi conſtitutionem opus habeant curatore; niſi ſit Femina Illuſtris, *Dn.* Carpz. *p. 2.Conſt.15.def.9.*

88 XIV. Sed hem! quid rerum agitur? itane ergò Sponſa Sponſæ copulabitur? Femina Feminæ jungetur? ſummam perfectò abominationem *tribades* merentur; potiori alioquin jure hocce conjugium inter *monſtra* referendum videri posſet, atque eſt viſum non nullis de *matrimonio ad Morganaticam*, Conf. *B.Dn.* Havemann. *Gamolog.lib.3.tit.*3. Kizel, *de Matrimon.c.7.theorem.*3. Attendebam ſuperiùs animum ad cavendam Maſculi cum cum Maſculo conjunctionem; jam evitatà Charybdi, uti apparet, in Chyllam incidò At halcyo-
89 nia ſunt; Non huc detorquebo, differentiam inter marem & feminam jure novò penitùs eſſe nullam, *§. 5. I. de exhered. liber. l. Maximum vitium. 4.C. de lib. præt. l. 14. C. de leg. hered.*
90 Nec ero multus in commemorando, feminas degeneras-ſe aliquando in Mares, & contrà; quod probat exemplis *Paul*
91 Zachias *Quæſt. med. legal.tit.*1. *q.8.n.5.* 21. De feminarum non phyſica aut propria, ſed impropria & juridica *Maſculiatione* ſeu *Maſculinatione*, ubi ſoror Nobilis, unà cùm fratre

non

non ſuccedens, per ſtatutum certô caſu cenſetur ad ſuccedendum *Maſculata, Maſculiata, Maſculinata*, ſeu *Maſculinitata*, vid. *Matth.* de Afflict. *Decis. Neapolit. decis.* 159. *&* *decis.* 370.
Certè & Femina concedens feudum Maris vicem ſuſtinet per 92
metamorphoſin feudalem; Ita *natura* feudalitia *novas deproperat edere formas*, 2. *feud.* 24. §. 2. propè fin. *&* *l.* 2. §. 18. *C. de veter. J. enucl.* Quin & *Ariſtotele* Auctore *de Generat. Animal.* 93
lib. 2. *c.* 3. *Femina Mas* eſt; ſed *mutilus, & imperfectior*, quò facit, vulgò quod dici ſolet: *Mulier eſt Mas Occaſionatus*, Bened. in *C. Reynutius. n.* 124. *X. de teſtam.* vid. *Joh.* Gœdd. *ad l.* 1. *n.* 28. *ff. de verb. ſignif.* Hinc quæ feudum dat Femina jure ſibi titulum 94
Lehen-Herr arrogat; ſicuti Femina inveſtita appellatione *Vaſallus* abhorrere non poteſt. Equidem *conſequentia nomina* 95
rebus & perſonis *eſſe debent*, §. 3. *I. de donat.* Quare & de femina eſt nomen *Teſtatrix, l.* 20. *ff. ſi Servit. vind. Venditrix, l. ult. ff. de L. commis. l.* 14. *C. de rei vind. Petitrix, l.* 74. *in fin. ad ſct. Trebell.* & *Auctrix, l.* 16. *C. de evict.* additque Gothofr. *ad d. l.* 16. dici ab Ammiano *Ambeſtrix*, ab Africano *Adſeſtrix, Poſſeſtrix, Impulſatrix, Curatrix, Plauſtrix*. Verùm & notatu dignum eſt, *Feminas*, quatenus ad tutelæ munus maſculorum admittuntur, *Tutores* rectè appellari, arg. *l. Feminæ tutores. fin. ff. de tutel.* plura vid. *ap.* Rumel. *ad A. B. p.* 3. *diſſ.* 2. §. 20. Quin ipſæ Feminæ 97
ſtudiò ſæpe nomina maſculina aſſumſerunt, teſte enim *Dn.* Becmanno *in Medit. Politic. c.* 6. *th.* 3. nunquam *Maria*, & *Eliſabetha* Angliæ aliter, quàm *Defenſores* fidei, appellatæ; nec *Maria Hungaria* Regina, ſed *Rex* ſalutata fuit, & *Iſabella Caſtellana* ſemper eadem qualitate Marito ſuo fuit juncta: *Ferdinandus*, & *Iſabella*, *Reges Catholici.* Atque eſt ſingularis- 98
ſimum, quod refert ex Feſto Gothofred. ad *l.* 51. *ff. de V. Signif.* *Romanos etiam Matrem appellaſſe Parentem genere Maſculinô.*
Ecquis verò non credat, convenientius eſſe nomen virile ſe- 99
xui feminino, quàm olim titulus Conſularis fuit equo Cali-
 gulæ?

gulæ? Quis non putet, decentiús posse etiam Feminam masculinâ appellatione intelligi; quàm, uti vult *Hostiens.* Procuratorem rectè videri constitutum, ubi in instrumento mandati dictum erat; *Dominum constituere Titium Asinum ad defendendam causam.* vid. *Andr.* Alciat. *de verb. signif. lib. 2. n.* 11. Si enim convenientiam nominis cum re spectare placet, quid quæso magis congruit, quàm, partibus Uxoris in hocce nostro conjugio demandatis Vasallo, Mariti partibus defungi dantem feudum etiam feminam?

100 XV. Nec prætereà obstaculo esse potest, quod, uti volunt jura, *exemplo pessimum est, femininô sexu etiam masculum contineri, l. 45. pr. ff. de leg. 2.* & pueros non contineri appellatione puellarum, *l. 81. de leg. 3.* De cujus rationibus vid.
101 prolixè *Joh.* Gœdd. ad *L. 1. n. 62. seqq. ff. de Verb. signif.* Iterum iterumque enim protestor, non intelligere me ratione feminæ infeudantis Virum γνησίως talem, sed tantùm similitudinarium, & repræsentativum, *ne imagine veritas naturæ*
102 *adumbretur, l. 23. ff. de liber. & posth.* Illud tamen silentii peplo involvendum non est, quod contra *d. l. 45. de leg. 2.* videatur, usu vocab. Germ. communi Geschwistert/Geschwistrigte tam fratres, quàm sorores comprehendi, Dietherr.
103 *Thes. pr.* Besold. *Contin. sub voce* Geschwistrigt. Quemadmodúm contrà Latina vox *frater* genere masculinô expresse de sorore quoque prædicatur in *l. Tres fratres, Titius, & Mevius, & Seja &c. 35. ff. de pact.* & *l. Lucius & Titia fratres eman-*
104 *cipati* &c. *38. ff. fam. erisc.* Imò in feudalibus per Geschwistrigte solùm Masculi intelliguntur, ut, si literæ investiturarum sic loquantur: Euch und euren Geschwistern &c. tantùm fratres significentur, sorores autem non admittantur. Wehn. *in observ. Pract. h. v.* Conf. *Johann.* Fichard. *Consil. feud. 7. n. 15.*
105 Minimè autem omnium movet, quod malum videatur habere omen tributum feminæ mariti nomen; tametsi, aliquando mali ominis causâ jura aliquid aversari, exemplo est *l.*

34.

34.§.2.ff.de contr. emt.& l.83.§.5.de V.obl. Quippe constat, inter cultissimas quoque gentes dari matrimonia, ubi Maritus summo Uxoris Imperio civili subjicitur; scil. quando Feminæ regnorum, Hispaniæ, Angliæ, Sveciæ, & Daniæ heredes, sibi Maritos adsciscunt, retentâ summâ potestate, *Dn.* Pufendorff *de J.N. & G.lib.6.c.1.§.9.*

XVI. De Hermaphroditis, seu androgynis quid? satis 106 notum est, ad matrimonium ineundum eos non admitti, nisi ratione illius sexûs, qui in iis prævalet, in tantùm enim vel pro masculo, vel pro femina reputantur, *L.10.ff.de statu homin.* De nota verò prævalentiæ vide sis *l.15.§ 1.de testibus.* Conf. *Dn.* Stryk. *de J.sens.dissert.* 1.c.I.*n.59.seqq.* Sed jure feudali laxi- 107 or est hermaphrodito maritandi libertas, feudum enim is concedit indistinctè, sicque Vasalli Conjux appellandus. Similiter, non attentâ sexûs prærogativâ, feudum novum acquirit, & Conjugis femininæ nomine salutatur, modò tamen 108 hoc casu sciverit Dominus, esse hermaphroditum, *Wilhelm.* Ludvv. *synops. J.feud.c.6.p.* 115. Dominô enim ignorante, li- 109 cet sexus femininus prævaleat, ne in feudum quidem femininum concessio facta intelligetur, quia deficit hîc præsumta concedentis voluntas feminam, ùt inhabilem, investiendi, & ad servitia substitutum admittendi. Si etiam specte- 110 mus acquisitionem *feudi antiqui, quod ipse quis primùm non acquirit, sed jure successionis ab alio devolvitur*, sic quia soli masculi admittuntur, *2.feud.* 31. non, nisi prævalènte sexu masculinô, hermaphroditus in feudum succedit, Ludvv. *Tract. feud. c. 2. de success.p.* 159. Licet jure Saxon. hermaphroditi à 111 successione feudi planè removeantur, Landr. *lib.*1. *art. 4. ibi,* Auff Allzuviell (ita vocantur *h. jure* hermaphroditi) und Gezwerge stirbt weder Lehn noch Erbe. Quod & indi- 112 stinctè facit *Henricus* Bocerus *Tr.de Success.feud. c.3. q.*43. cujus argumenta resolvit Ludvv. *d.l.* Hoc ampliùs autem quæ- 113

 rere

rere lubet, annon etiam hermaphroditus, non prævalente in eo sexu masculino, saltem in feminino feudo succedat? atque hoc ipsum ex juris analogia stabilire non puto diffidendum; quippe feminam etiam admitti in subsidium, seu masculis deficientibus, ad feudum femininum, juris est notissimi, *2. f. 30. hermaphroditus* autem *ejus sexûs æstimandus est, qui in eo prævalet, l. 10. de statu hom.* ergò eò casu, quo muliebria in eo prævalent, etiam feminarum jure fruetur. Quâ ratione
114 etiam accipienda erit *l. 6. §. 2. ff. de liber, & posth.* Nec de odiò hermaphroditorum quidquam opponi poterit; hîc enim applico, quod dicit eleganter Baldus *ad l. quæ fortuitis. 5. n. 69. C. de pignor. Vitium naturale non culpa est, sed natura.*

115 XVII. Jam ad ipsum Clericorum ordinem ordo nos deducit; sed numne hîc de Conjugio proponens repulsam laturus sum certissimam? jure Pontificio expressè interdictô Clericis matrimoniô, *t. tit. X. de Cler. Conjugat.* Imò *hospitiolum Clericorum, aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant; ipsi etiam de forma mulierum nunquam disputent*, vult *can. 17.*
116 *distinct. 32.* vid. *tot. tit. X. de Cohabitat. Cler. & mulier.* Verum dubitatur non sine ratione, an omnes Clerici tanti sint Philosophi, quemadmodùm *perfectæ philosophiæ esse dicitur, affectum amoris retinere*, *Nov. 74. c. 4. pr.* Sanè JCtus ait: *rari sunt, qui philosophantur, l. 6. §. 7. ff. de excusat.* & ipse *D. Marcus Aurel. Antonin.* qui vocatur *Philosophissimus, l. ult. C. de repud.* & *Princeps Philosophiæ plenus, l. 11. C. de his quib. ùt indign.*
117 Uxorem habuit. Si autem aliqui sunt, uti esse non dubidatur, qui cælibem vitam agunt laudabiliter, perpetuamque servant virginitatem; etiam ea ipsa per conjugium nostrum interpretativum salva erit. Non dicam de eò, quod ipsa jura suppeditant, posse quoque in matrimonio virginitatis statum manere, vid. *l. 14. §. 7. ff. de ædilit. edict.* & *L. penult. ff. quando dies legati,* & *c. 10. X. de desponsat. impub,* ubi extat casus,

quò

quò *mulier credit, se virginem evasisse.* Sic vidua dicitur, quæ virum habet, Gothofr. *L.242.lit.u.& x.ff.de V.signif.* uti è contrario vidua etiam appellatur, quæ nunquam nupta fuit, *d.l.* *242. §.3.* Id solùm intendo; posse aliquando unum duorum 118
hominùm vices sustinere, *l.17.§.1.ff.de test.am.milit.*&, *quod in duabus personis recipitur, hoc & in eadem persona recipiendum esse*; *l.singularia.15.ff.de reb.cr.* Sicut igitur aliàs Episcopi 119
duplicem censentur personam repræsentare, Ecclesiasticam, & Laicam; atque illius vigore ordinem & diœcesin, intuitu hujus jurisdictionem exercere, Spreng. *Inst. I.publ.lib.2.c.41.*
Ita simili modò Clerici diversò respectu, vel perpetui cælibatús (pone fingeque hunc rectè illis injungi) vel ratione Conjugii Fictitii Feudalitii considerari poterunt. 120

XVIII. Ergò ad rem; feuda concedunt Pontifex, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Præpositi, & omnes Clerici habentes rerum Ecclesiasticar. liberam administrationem, *1.feud.1.pr.* Hattys. *Analys.J.feud.c.5.* De bonis etiam propriis rectè feudum constituunt, *Dn.* Struv. *Synt.J.feud.c.5.th.3.n.2.* Prætereà & Clerici acquirunt, accipiuntque feudum *2.feud.40.§.item si Clericus.* ubi ob culpam perdere feudum dicuntur; quod autem quis non habet, perdere non potest, arg. *l.12.ff. de furtis.* Atque hoc in Clerico de novo investiendo non multum dubitationis habet; etsi enim is ad servitia regulariter sit inhabilis, *2.feud.36.in fin.* Dominus tamen, scienter feudum concedens, gratiam fecisse videtur, ut per alium substitutum idoneum servitia præstaret; similiter atque obtinet de femina investienda, Ludvv. *Synops. I.feud.c.6.p.125.* vel ut modò sibi convenienti serviret: certis diebus in aula Domini concionando, Bocer. *de Invest.it.feud.* *c.3.146.* Quod vero ad successionem feudalem attinet, ejus quidem de jure communi Clerici incapaces creduntur, nisi feudum sit femininum, *Ludolph.* Schrad. *de feud.p.7.c.5.n.* 121 122 123 124

 30.

30. aut ab initio à Clerico quæsitum: natura enim; seu qualitas semel feudo tributa, scil. facultas per substitutum serviendi ita etiam in successoribus durat; Ludvv. *tract. de success.*
125 *feud. c. ult p. 291. & seq.* Hodie ex consuetudine nec à feudi successione Clericos excludi solere, testatur *Dn.* Stryk. *Exam. J. feud. c. 15. q. 23.* licet, hanc consuetudinem in Germania no-
126 stra universalem non esse, asserat Ludvv. *d. l. p. 295.* Nec prætermittendum est, distingui Clericos in Ecclesiasticos, & seculares, quorum hi: velut Equites Hierosolymitani, Rhodii, Teutonici, & aliorum ordinum, à feudorum successione non
127 arcentur, Ludvvel. *d. l. p. 288.* Ad postremum si *Clerici* ex dispensatione religionem deserunt, & *laicantur*, uti ajunt, feudorum redduntur capaces: dicunt enim, Pontificem dispensare posse cum Monacho, & Clerico, ut capiat Uxorem, & sic efficiatur Laicus, vid. *Henric.* à Rosenth. *de feud. c. 7. concl. 33. n 4. lit. e.*

128 XIX. Monachi, quia nihil proprii habent, sed se suaque omnia Ecclesiæ dedicaruut, *Auth. Ingressi. C. de SS. Eccles. c. 2. X. de Statu Monach* feudum conferre nequeunt; qui enim nihil habet, nihil etiam, nec ampliùs in alium transferre potest, *l. 54. ff. de R. J. l. 20. ff. de aquir. rer. dom.* Facitque huc,
129 quod *Magistratui incumbat providere, ne tales personæ matrimonio jungantur, quæ victum sibi parare non possunt, Dn.* Stryk. *tr. de J. sens. dissert. 2. c. 2. n* 4. Unde *priùs quærenda domus,*
130 *quàm Uxor. Hennig.* Arnis. *de Jure connub. c. 2. sect. 3. n. 20.* Nec servi feudum constituunt, præterquàm enim quod & ipsi nihil suum habent, *§. 3. I. per quas pers. cuiq.* inter eos nec Connubium esse potest jure civili, sed *Contubernium*, *l. 3. C. de incest. & inutil. nupt.* hincque non dicuntur Conjuges: sed *Contubernales, l. 41. §. 2. de leg. 3. l. 12. §. 33. ff. de instr. vel instrum.*
131 *leg.* Ex persona verò domini, quatenus is capax est, à Domino feudi sciente poterit *servus investiri, 2. feud. 3. §. 1.* vers.
per-

personam verò. feudum enim, feudique actionem Domino acquirit, Ludvv. *Synop. J. feud. c. 6. p.* 121. *& seqq.* Sin investi- 132
ens ignoravit servum, credidítque liberum, investitura nulla est propter errorem in persona, Ludvv. *d. l.* haud aliter atque matrimonium non valet, si error talis in persona concurrat, ut maritus credat aliquam liberam, & inveniat ancillam, vel servam, *c. 2 X. de conjug. servor.* conf. *c. un. q. 1. dist.* 29. quô expressô simili utitur, idque latiùs persequitur *Andr.* ab Isern. in *c. Investitura, 2. feud.* 3 §. 1. vers. *personam n.* 11. conf. omninò in eadem comparatione *Matth.* de Afflict. *ad d. text. n. 8.* Quoniam autem, quod juris est in Servo idem quoque in Mo- 133
nacho obtinet, Everh. *Top. Leg. loc. à servo ad monach.* hic etiam rectè quidem feudum accipit; sed similiter monasterio acquirit, Ludvv. *d. l. p.* 126.

XX. Ut paucis multa dicam; omnes qui liberam re- 134
rum suarum administrationem habeat, infeudare possunt, potestas enim feudum dandi dependet à potestate alienandi, qui ergò restrictè alienat, restrictè etiam in feudum dat, *2. feud 3. pr.* Quà ratione & in hunc censum veniunt Filius familiàs, Minor, Furiosus, it. Surdus & Mutus. Sicut igitur filiusfam, 135
in contrahendo matrimonio necessariò adhibere debet consensum parentis, cujus in potestate est, *pr. I. de nupt.* ita nec de peculio profectitio, & adventitio ordinario, nisi patre consentiente, & jubente, feudum concedit, vid. *Dn.* Struv. *Synt. J. feud. c. 5. th. 5.* Furor dilucida habens intervalla non 136
obstat, quo minùs hisce intervallis matrimonium jure ineatur, Carpz. *I pr. Eccles. p. 2. def.* 183. & furiosus eadem ratione bona potest in feudum dare, *Godofr.* Anton. *Disp. feud. 2. th. 5. lit. b.* Conjugium surdi & muti simul defendit *Dn.* Strykius 137
exemplisque probatum dat, *Tract. de J. sens. diss.* 4. *c. 2. n. 8 seqq.* Et facultas feudum concedendi pariter surdo & muto competit, *Dn.* Struv. *d. c. 5. th. 4. n.* 5.

XXI.

138 XXI. Verſa vice tenendum eſt: omnes, qui, & quatenus ſunt habiles ad contrahendum & acquirendum, eatenus putantur habiles ad feudum accipiendum, ſeu infeudari posſunt, inhabilitatem ſerviendi ſupplente tacito Domini conſenſu, ut per ſubſtitutum ſervitia præſtentur. Redeunt ergò huc quacunque corporis imperfectione laborantes, Furioſus,
139 Cœcus, Surdus & Mutus. Nam cœco nuptias celebrare jure permittitur, imò, quod notabile eſt, *cæcus cæcam* hoc modô *rectè ducit*, vid. Stryk. *Tr de J. ſens. diſſ. 2. c. n.* 4. Unde velùt eodem cubitô dimetiendo utrumque, pateſcit, neque ratione acquiſitionis, neque conceſſionis feudo obeſſe cœcitatem.
140 Quod quidem ratione novi feudi acquirendi extra omnem dubitationis aleam eſt poſitum, quia Dominus tales admittendo ſciens volensque ſibi præjudicat, Hattys. *Anal. feud. c. 6.*
141 *lit. c. in fin.* Secus verò eſt in feudi ſucceſſione, ubi Dominus, futuris ſucceſſoribus feudum conferens, tantùm de habilibus cogitaſſe cenſetur; excluduntur ergò hîc cœci, muti & ſurdi &c. vid. prolixè *Dn.* Stryk. *d. tr. diſſert. 2. c. 3. n. 25.* usque ad fin. & *diſſert. 4. n. 66.* ad fin.

142 XXII. Exhibeat ſe tandem ipſe ætatis flos, univerſa juventus; omnibus enim hîc eſt Rhodus, ubi non ſolùm Minores, ſed & Pupilli, Impuberes, atque Infantes ſe viros præſta-
143 re queunt. Fatendum quidem eſt, in jure, nubilem ætatem definiri in maſculo, 14. annis completis, in femina *12, pr. I. quib. m. tut. fin.* antè enim maſculus pro viro non habetur, *c. 10. X. de deſpons. impubb.* & *Sponſa* dicitur *immatura*, *l. 32. §. 27. de donat. inter V. & Ux.* ſeu *nondum Viripotens*, *l. 30. quan-*
144 *dò dies leg.* Sed dicit ipſe Imperator *Nov. 100. c. 2. pr. novimus eos, qui vehementer citiùs contrahunt nuptias*; quod de Judæis in Germania quotidiana nos experientia docere poteſt, ſi ex India Orientali exempla petere nolimus: cujus plagæ incolas jam inire conjugia annô ætatis ſeptimô, vel octavô teſtatur

in

in *Itinerario* Mandelsl. Imò aliquem cum puella ſeptenni, 145
contractis ſponſalibus, concubuiſſe, patet ex *cap. Fraternitati. 7. X. de eo qui cognov. conſang.* & *Dn.* Stryk. *in annotat. ad pr. I. de nupt.* refert de *d.* 2. *Apr. an.* 1677. ex Facultate caſum pueri 6. annorum, qui cum puella 6. annorum congreſſum habuit; qui plura deſiderat, adeat *Henning.* Arnis. *de jure Connub. c.* 2. *ſect.* 3. *n.* 10. *ſeqq.* conf. Kornemann. *de Virginit. c.* 63. 146
ubi introducit *Marſil.* exclamantem: quod defecerint ætates, & illud, quod antè ſcribere ſoliti ſunt Auctores in *L. ſi infanti. pr. C. de jure deliber.* circa vitia & defectus in quindecimo anno, faciant nunc infantes in quinto. Ita *malitia ſupplet ætatem l.* 3. *C. ſi minor. maj.* & *c. de illis.* 9. *X. de deſpons. impub.* Non 147
autem ex hac ratione impuberes, & infantes ad feudum admittuntur, nec ideò, quaſi *prudentia ætatem ſuppleat*, uti loquitur *c. ult. X. eod.* Etenim pupillus auctoritate tutoris indiget, & infantis nomine tutor feudum acquirit, Ludvv. *ſynops.* 148
I feud. c. 6. *p.* 116. & 118. Quando tamen juramentum fidelitatis Domino præſtandum in tempus pubertatis differtur, *Godofr.* Anton. *Diſp. feudal.* 2. *th.* 6. *lit. b.* hoc optimè concordat cum eo, quod & impuberes ſeptenniô majores & civili & canon. jure, v. *l. in ſponſalibus.* 14. *ff. de ſponſal.* contrahant ſponſalia, confer. *t. t. X. de deſponſ. impub.* & *eundem in* 6. matrimonium autem 149
confirmetur demum, poſtquàm annos nubiles & aptos attigerunt, *c.* 8. *X. d. t.* Quò pertinet, quod & jure ſancitum eſt, 150
minorem annis duodecim nuptam tunc legitimam demum uxorem fore, cùm apud virum expleſſet duodecim annos, *l. minorem.* 4. *ff. de ritu nupt.* Et ſi immatura domum deducta eſt, interim ejusmodi conjuges, *quaſi maritus*, & *quaſi uxor* vocitantur, *l.* 23. *§.* 27. *ff. de donat. inter V. & Ux.* Quò modô & aliàs *quaſi maritus*, & *quaſi uxor* dicantur, vid. Vinn. in *not. ad §.* 9. *J. de nupt.* De infantum Illuſtrium adhuc in cunis vagientium ſponſalibus vid. *Nic.* Myler. ab Ehrenb. *Gamolog. perſ.* 151

F *Illuſtr.*

*Illustr.c.4.th.*47.*& seqq.* ubi eadem impugnat, & improbat. Conf. Zanchez *de matrim. lib.7.disp.*104.*n.*12.

152 XXIII. In primis est sciendum, ultimùm quod moneo: illicitè ac sine omni justitiæ colore feudum accipi à Christiani nominis hoste, eum in finem, ut posteà unitis viribus, jun-
153 ctaque manu, contra Christianos arma moveantur. Talis enim Dominus legitimi Conjugis titulum non meretur; nec Vasallus legitimæ Uxoris, cum sit *in Contubernio Militis Tyranni, arg. l.*14.*ff.de his quæ ut indign.* ejusque *Focaria* jure appelletur, *l.*2.*C. de donat. int. V. & Ux.* utpote cui belli incendiique focum sternere, & structum colere tenetur; Ipse verò Dominus *Focarius* est, (nam & hoc nomen in genere masculino reperitur, *l.*1.*§.*5.*ff. nautæ, caupones &c.*) qui Focariâ suâ tanquam *instrumentum instrumentô* ad omne nefas utitur, vid. *l.*12.§.6.*ff.de instr. vel instrum.* Unde inter ejusmodi personas prohibitas non Conjugium, sed potiùs *Contagium* esse existimatur, *l. Nefandissimum scelus. ult. C.si.nupt. ex rescript.* & *turpissimum consortium, l. ult.C.de incest.* & *inut. nupt.* adeò ut *scelesto contubernio matrimonii nomen imponere*, nefas sit, *d.l.ult.*
154 De incommodis matrimonii cum Infideli contracti vid. Arnisæus *de Jure Connub.c.6.sect.5.n.25.seqq.* Conf. *can.Gave.c.28.*
155 *q.2.* Gothofr. *ad l. 6. C.de judæis.* An verò, & quousque licitum sit Fidelis cum Infideli commercium & fœdus, agit Grot. *de J.B.& P.lib.2.c.15. th.8.9.& seqq.* Conf. Spreng. *Inst.J.publ.lib.*
156 *1.c.26.propè fin.* Ita ergò personas Conjugium Feudalitiũ inituras novimus, & velùt de facie novimus; proinde nec pigeat, jam ipsius quoque copulationis nos præbere spectatores, ejusque solennibus per breve tempus interesse.

CAPUT

CAPUT III.

DE CONJUGII FEUDALITII CONSTITUTIONE, ET CONSECUTIONE.

SUMMARIA.

Conjugium Feudalitium quid sit. 1.
Unde sit. 2.
A Longobardis prima feudorum origo petenda. 3.
De proverbio Longobardico. 4.
Jure feudali feminarum aut nulla, aut tantùm subsidiaria ratio habetur. 5.
Feudum ex amore & benevolentia Domini acquiritur. 6.
Feudum dicitur Beneficium; Vasallus Beneficiarius. 7.
Communis feudi definitio. 8.
Etymologia German. voc. Lehn. *9.*
Conjugia per amorem & benevolentiam personæ contrahi debent, 10.
Non intuitu nummorum. 11.
An feudum pecuniâ rectè acquiratur. 12.
Personæ Principes pro ratione & interesse status sui magis, quàm affectione Uxores ducunt. 13.
Sub conditione certæ dotis legitimè promittitur matrimonium. 14.
Dos est consecutiva matrimonii. 15.
Feudum emtitium non est improprium. 16.
Pecunia interveniens non tollit benevolentiam Infeudantis. 17.
Gratuita non respuunt remunerationem. 18.
Quomodo ampliùs in feudo affectionis ratio habeatur. 19. 20.
Pro renovatione investituræ regulariter nihil præstandum. 21.
Pecunia est nervus rerum gerendarum. 22.
Consuetudine in ipsa etiam pecunia feudum constituitur. 23.
Das Bedemunds-Recht *quid sit. 24.*
De modo apud Romanos ducendi Uxorem per Coëmtionem. *25.*
Investitura comparatur copulationi sacerdotali, 26.

Dominus Vasallo vacuam possessionem præstare debet. 27.28.
Simultanea investitura quid sit. 29.
An polygamia jure Divino N.T. sit prohibita? 30.
De Subinfeudatione. 31.
Vasallus Vasalli mei meus Vasallus non est 32.33.
De feudo Ligio *& non*-ligio. *34.*
Ligius Homo duorum nemo esse potest. 35.
Vasallus ligius quare dicatur German. Ein Ledig Mann. *36.*
Alia ejusdem voc. etymologia. 37.
Formulæ German. quibus persona desponsata significatur. 38.
Nuptiæ & sponsalia priora præferuntur posteà celebratis. 39.
Quid sit Superinfeudatio, s. Expectativa. 40.
Huic æquiparantur sponsalia de futuro. 41.
Irr-Lehn *quid sit, & unde dicatur. 42.*
Quomodo valeat promissio futuri matrimonii facta ab eo, qui conjugem nunc habet? 43.
De feudo Vasalli viventis alius purè investiri nequit. 44.
Feudum Guardiæ *quid. 45.*
Feminam non decet, ut ipsa se in nuptias alicujus conjiciat. 46.
Potest quis bona sua allodialia in feudum offerre. 47.
Dicitur hoc Feudum Oblatum. *48.*
Exempla feudi oblati. 49.
Num feudum oblatum sit proprium vel improprium feudum? 50.
Superior inferioris potest esse Vasallus. 51.
Num Uxor Marito suo rectè Dominetur? 52.
De Conjugio Amazonico *remissivè. 53.*
Apud Ægyptios per pacta Dotalia imperium feminæ in maritum conceditur. 54.
*De Conjugio*Gynæcocratico. *55.56.*
Nexus feudalis est salvus etiam in Vasallo superiori erga inferiorem Dominum. 57.58.59.
Vasallus Superior in persona fidelitatem non jurat. 60.
Probatur exemplo Regis Daniæ Vasalli respectu Ducis Zellensis. 61.
Jus Vasallagii non præcisè infert subjectionem. 62.
Archiduces Austriæ cum pileo in capite feudum accipiunt. 63.
Pileus quandoq; Vasallo datur. 64.
Contra Uxores pileatas protestatio. 65.
Quâ submissione ordinariè feudum accipiendum? 66.
Mariti dicuntur ihrer Frauen Lehnträger *67.*
Cuinam ex pluribus competitoribus puella potissimũ sit jungenda? 68.
A Nobili ignobilis rectè feudum accipit. 69.

De Rusticis Imperii immediatis.70.
Ab his differunt die Reichsleute/ Königsleute. *71.*
Non necessaria est præcise inter-Conjuges conditionis paritas, 72.
De Paribus Curiæ. 73.74.
Principes quandoque non in persona, sed per Legatum nuptias celebrant. 75.
Sponsa Principis, Regisve Legato per copulã sacerdotalem adjungitur, & in lecto apponitur. 76.
Utrum Dominus in persona investituram faciat, & Vasallus in persona accipiat, vel non, perinde est. 77.
Per Legatum Vasallus potest investiri. 78.
Formula jurisjurandi in animam Vasalli. 79.
Quis dicatur Trager. *80.*
Absentia Principalis est excusanda. 81.
Collatio feudorum Imperii minorum fit coram judicio Cæsareo-aulico. 82.
Etiam feuda majora per Commissarium rectè conferuntur. 83.
In territoriis Principum communiter etiam per Cancellarium investitura expeditur. 84.
De voce Lehn-Probst. *85 86.*
Investitura unde dicatur. 87.
Investitura vel propria est vel impropria, 88.
Varia investiturarum Symbola recensentur. 89. 90. 91. 92. 93.
De pluribus remissivè. 94.
Appellantur illa signa donum investituræ. *95.*
Controversia de modo investiendi inter Imperatores, & Pontifices. 96.
Feudum Ecclesiasticum Scepter-Lehen. *97.*
Feudum Seculare Fahn Lehen. *98.*
An; & quô modô hodiè omnia feuda majora gladiô conferantur? 99.
De Feudo Scutiferi Schild Lehen; *hinc* Edell Knecht. *100.*
Connubia clandestina improbantur. 101.
Ad Investituram requiruntur Pares Curiæ. 102.
De Testimonio Parochi super adhibitis Conjugii solemnibus. 103.
Breve testatum *in jure feudali quid sit. 104.*
Parium præsentia hodie ampliùs non est necessaria. 105.
Conjugii feudalitii anima & forma est Fides s. Fidelitas. 106.
Feudi etymon quod. 107.
Vasalli dicuntur Fideles. 108.
Feudum, Fides & Fidelis sunt conjugata, & ad se invicem referuntur. 109.
Fidelitas à feudo abesse nequit. 110.
Wenceslaus Imperator ob aliquot

cupas vini haud rectè fidelitatem remisit Norimbergens. 111.
Nec rectè Carolus IV prandii causâ regnum Arelatense alienavit. 112.
Servitia feudalia remitti possunt. 113.
Feudum Francum *quid sit. 114.*
Servitia feudalia vocantur debita. *115.*
An liceat pacisci conjugibus, ne debitum conjugale sibi invicem præstent. 116.
De Conjugio Henrici II. Imperatoris & Kunigundæ. 117.
Ulpiani relatio de Conjugibus sic paciscentibus. 118.
Votum perpetuæ continentiæ inter Conjuges non probatur. 119.
Fidelitatis jusjurandum in feudo licitè remittitur. 120.
Ipsa fidelitas remitti nequit. 121.
Conventio, ne Vasallus ob feloniam feudô cadat, nulla est. 122.
Lenocinium sapit mutua fidei conjugalis relaxatio. 123.
De uxorum communicatione remissivè. 124.
Num major castitas requiratur in femina, quàm masculo. 125.
Ob defectum virginitatis in Sponso non rescinditur matrimonium. 126.
De utriusque sexus fidelibus. 127.
Mutua inter Dominum & Vasallum est obligatio. 128.
Causa, quare Dominus dicatur Vasalli Conjux *129.*
Non solùm exigit Conjux à Conjuge debitum conjugale, sed & alteri solvit. 130.
Fausta acclamatio super Conjugio fausto. 131.
Quomodo Dn. *Eyben describat formam feudi. 132.*
Relatio inter Dominum & Vasallum. 133.
Discrimen obligationis inter Dominum & Vasallum. 134.
Dominus Vasallo non jurat. 135.
Ejus ratio depromitur. 136.
Maritus pro restituenda dote non dat fidejussorem. 137.
Dominus & Vasallus ad sex capita obligantur. 138.
Dominus & Vasallus non semper ad paria tenentur. 139. 140.
Dominus non debet Vasallo obsequium & reverentiam. 141.
Debet hanc Marito Uxor. 142.
Quibus titulis Justinianus Conjugem suam honoret. 143.
Præcedentia uxori de moribus concedi solita. 144.
Laxior est obligatio Domini, quàm Vasalli. 145.
Penes Dominum est feudi Dominium directum. 146.
Vasallo competit Dominium inferius, s. utile. 147.

Vasal-

Vasallus non est nudus usufructuarius. 148.
Vasallus certô respectu & Dominus appellatur. 149.
Et Uxor vocatur Domina. 150.
Pars solennitatis Romanæ nuptialis. 151.
Dominatus uxorum quousque extendatur. 152.
Taciturnitas in feminis commendanda. 153.
Vasallus secreta Domini manifestare prohibetur. 154.
Secreta matrimonii, & alia publicare, perniciosum esse, probatur exemplis. 155.
Vasallus etiam contra fratrem, parentem & liberos servire debet. 156.
Ratio. 157. 158.
Cujacii & Hotomanni circa textum corrigendum dissensus. 159.
Opponitur contra sententiam Hattyseri. 160.
A communi Feudistarum opinione quo modo non recedendum. 161.
Præ uxore maritus, & vice versâ, deseret patrem & matrem. 162.
Quâ ratione etiam in effectu juris Uxor firmiùs adhæreat Marito, quam Parenti; remissivè. 163.
Vocab. Feudi *homonymia. 164.*
An, & quomodo Conjugium ad contractus referri possit, remissivè. 165.
Feudum cum dote comparatur. 166.
Num feudum possit dari in dotem. 167.
Fructus feudi rectè in dotem constituuntur. 168.
Quô discrimine feudum in dotem; & fundus dotalis in feudum dentur. 169.
De Feudo Paraphernali, *& Vasallo* dotali *remissivè. 170.*
De re aliena, & communi. 171.
Tam fructus feudi, quam dotis ad onera conjugii sustinenda percipiuntur. 172. 173. 174.
Excusatio personarum mariti & uxoris aliquoties confusarũ. 175.
Magis attendi debent res, quàm verba. 176.
Ratione rei dotalis competit actio realis. 177.
Et pariter ratione feudi. 178.
Ad maritum spectant omnia dotis acquisita. 179.
Ad Vasallum omnia feudi augmenta. 180.
De arboribus gremialibus. 181.
Argumentum impensarum dotis ad impensas feudi ratione compensationis cum fructibus. 182. 183.
Feudo extinctô pariter, ut solutô matrimoniô, de fructibus dividendis quæstio est. 184.
Quâ ratione fructus pendentes ad Vasalli heredes allodiales pertineant, 185.

Ob-

Objectio producitur. 186

Ad eandem per collationem qualitatis fructuum ex prædio dotali respondetur. 187

Argumentum à fructibus pendentibus dotalis prædii & ad eosdem feudi non valet simpliciter & contra clarum J. feud. dispositionem. 188.

Remissivè de alio exemplo feudi cum matrimonio collati. 189.

Vasallus sine Domini consensu feudum neque alienare, neque oppignorare potest. 190.

Nec alienatio nec obligatio fundi dotalis, consentiente etiam muliere, jure novo procedit. 191.

Quomodo feudum validè alienetur & obligetur? 192. 193. 194.

Rei alienæ in dotem, & in feudum datæ evictio præstanda est. 195.

Quid sit Cambium *feudi?* 196.

Thesis de præstatione evictionis limitatur. 197.

Dos inducitur per præscriptionem. 198.

Præscriptione feudum constituitur & à parte Vasalli & à parte Domini. 199.

De Præscriptione juris Uxoris. 200, 201.

Feudum finitum an in eadem qualitate quoad omnia restituendum sit? 202.

Res dotales, & paraphernales periculo uxoris fiunt deteriores, 203, 204.

Feudum uti & prædium dotale sarta tecta habenda. 205.

De thesauro in fundo dotali invento. 206.

De invento in fundo feudali. 207.

Augmentum dotis ipsam dotem sequitur. 208.

Fundus allodialis feudali adjectus jure feudi censetur. 209.

Quid confortatio *feudi?* 210.

Filiabus, & viduis quid hodie ex feudo debeatur. 211.

Literæ investiturarum æquiparantur pactis dotalibus. 212.

Feudi natura alteratur per literas investituræ. 213. 214.

Vasalli Clerici coram Domino Laico rectè conveniuntur. 215.

Uxor sequitur forum mariti 216.

Uxor participat de honoribus & juribus mariti. 217.

Quomodo Civicus vel rusticus de feudo nobili investitus fiat Nobilis? 218.

Servus feudum accipiens tacitè libertatem consequitur. 219.

Illustratur hoc simili nuptiarum Domini cum Liberta. 220.

De peculiari modo investiendi servum ex l. 25. de pecul. 221.

Feudum Cameræ, & Cavenæ *quid* 222. 223.

Dominus feudi non in amplius tenetur, quàm facere potest. 224.

Si Camera est exhausta, Vasallus melio-

melioris fortunæ tempus expectare debet. 225.
Maritus contra Uxorem gaudet beneficiò competentiæ. 226.
Beneficii hujus causa est favor conjugalis. 227.
Dominus feudi est Maritus similitudinarius. 228.
Feudum Soldatæ *quid?* 229.
De extensione text. 2. feud. 58. *ad alia feuda remissivè.* 230.
Dominus per culpam vel dolum non solvendo existens beneficium competentiæ non habet. 231.
Idem in marito, qui dolò ad inopiam vergit. 232.
Nec uxor à marito in solidum convenitur. 233.
Num Vasallus partem dimidiam fructuum præstans à servitiis liber sit? 234. 235.
Aliquando ex suo ipsius marsupio Domino servitur. 236.
An Domino egenti Vasallus teneatur ad alimenta? 237.
Et Uxor debet alere Maritum inopem. 238.
Ad æs alienum Domini Vasallus non tenetur. 139.
Servitia honoris, necessitatisque Vasallo incumbunt. 240.
Exempla feudorum, in quibus servitia certa, & determinata. 141.
Conditiones turpes & impossibiles, secutâ feudi traditione, vitiantur. 242.
Conventio, ne fides præstetur, ipsam feudi constitutionem annihilat. 243.
Idem de ejusmodi conditionibus matrimonio appositis. 244.
Honesta est conditio, vel modus, ut Vasallus Uxorem Domini ad templum ducat vel comitetur. 245.
Invitatio ad saltandum. 246.
Non censetur turpe servitium, ut Vasallus coram Domino cantet, vel saltet. 247.
Habet tamen hoc interpretationem ex conditione Vasalli. 248 249.
De alio saltûs genere, quò feudum minimè acquiritur, sed planè amittitur. 250.
De servitiis aliis, ludicris & ridiculis remissivè. 251.
Singulare est servitium abluendi porcam in Ecclesia. 252.
Utique obligari Vasallus potest, ut bene ornatus & vestitus compareat. 253.
Studium munditiei & elegantioris formæ indulgetur feminis. 254.
Interesse ob uxorem non adeò pulchram. 255.
Quænam dicantur sponsalia claudicantia? 256.
Pupillus sine tutoris auctoritate feu-

dum accipiens ad servitia non obligatur. 257.
Minor contra feudi acceptationem in integrum restitui potest. 258.
Pœna stolidè uxorem ducentis. 259.
Pactum, ne, in casum impossibilis feudi præstationis, Dominus ad interesse teneatur, in opprobrium Domini non valet. 260.
Utili, & directò dominiô concurrente, feudum expirat. 261.
De Successione Conjugum ratione feudi, remissivè. 262.
Proverbii: Der krumme Stab schleust niemand auß / *communis interpretatio.* 263.
Ejusdem proverbii origo. 264.
Ejusdem valor & auctoritas. 265.

I.

1 MUnere copulandi in hisce nuptiis fungitur jus ipsum, cujus cultores *Sacerdotes* appellantur, *l.1.§.1.ff.de just. & jure.* Sit itaque hîc Conjugium Domini & Vasalli *conjunctio individuam fidelitatis consuetudinem continens, ad exempl.§.1.J.de patr.potest.* Ut verò rem ab ovo exordiar, in aprico est, primam hujus Conjugii originem à jure Gentium petendam esse; quemadmodum enim ipsa feuda ex eo fonte promanant, *Dn. Ericus* Maurit.*posit. Jur.feud. Controvers.decad.1.posit.5.* ita & contractus (de *Conjugio* ceu *Contractu consensuali* conf. *infrà §.XVIII.n.164.*) per quos feuda constituta, inde
2 (see above)
3 deducuntur, *Godof.* Anton.*disp.feud.1.th.1.lit.C.in fin.* Ubi Longobardi potissimùm fregisse glaciem, plurimumque contribuisse communi Feudistarum calculò putantur, *Henric.* Bocer. *Class.5.disp.12.th.1.n.3.* Unde & causæ feudales legibus Longo-
4 bardorum dirimi expresſè jubentur, *2.feud.1.* Quâ occasione, non ἀπὸ τρόπου notasse, defendet materia Conjugii: nempe, *Dn. à* Rhez tradente, *Inst.J.publ.lib.1.tit.*19.§.8. *inter Longobardos solùm olim receptum fuit, ut liberi non patrem præcisè, sed sequioris conditionis parentem sequerentur, secundùm proverbium:* Die Longobarder Schlachten den geringern Eltern
5 nach. Ut mira aliquantò videri posset, eodem jure patescens

μισο-

μισογύνεια, nempe quoad feudum nullam regulariter rationem haberi sexûs sequioris feminini; & si qua habeatur, in eo consistere, ut masculis feminæ semper postponantur. Sed mitto hocce.

II. Propiùs ad ignem accedamus, necessum est, si incalescere volumus. Dicitur autem porro habere feudum originem suam ex benevolentia & amicitiâ; indeque *non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore Domini acquirendum esse*, 1. *feud.* 27. *contrarium enim amicitiæ est merces & pecunia*, *l.*1. §.4. *ff.mand.* Hinc Feudum sæpissime appellatur *Beneficium* 1. *feud.* 1. §.2. & 4. 1. *feud.* 14. *pr.* 2. *feud.* 24. in fin. quod *nihil aliud est, quàm benevola actio tribuens gaudium capientibus, capiensq; tribuendo*, 2. *f.*23. it. *Res Beneficiata*, eod. vocatur etiam *Gratia*, Anton. *disp. feud.* 1. *th.*1. *lit.a.* & Vasallus *Beneficiarius*, seu *Beneficiatus*, Vultej. *de feud. c.* 4. *n.* 12. Priusque Beneficia, quam Feuda dicta fuisse, testatur *Conrad.* Rittersh. *lib.* 1. *c.*1. *q.*12. Definitur etiam communiter *Feudum jus in re aliena immobili plenissimè utenda fruenda alicui ex benevola Domini concessione sub promissione fidelitatis datum.* Et German. Lehn rectissime dirivatur à verbo Leihen/ vel Lehnen/ quod significat commodare, vel utendum fruendum concedere, *Eyben*, *Elect. J. f.*3. *§.*8. Ludvv. *synop. I. f. c.*1. *p.*23. commodare autem est officii & humanitatis, *l.*17. *§.*3. *ff. commod §.*2. *I. quib. m. re contr.* Hem egregiam cum *Matrimonio* harmoniam! est namque & hoc *summus amicitiæ gradus*, Carpz. *lib.*2. *Jurispr. Consist. tit.*2. *defin.* 27. *n.*13. & *Connubia per benevolentiam coalescere, maximè est naturale*, *Dn.* Pufendorff. *de I.N.& G. lib.*6. *c.*1. *§.*9. Quamobrem similiter cavetur, *ne matrimonia sint venalitia*, *l.*2. *ff. de Donat. int. V.& Ux. l.*27. *de pact. dotal.* Imò *non dotibus, sed affectu matrimonia contrahuntur*, *l.*11. *pr. C. de repud. Et nuptiæ ex solo affectu valent, ac ratæ sunt*, *Nov.*74. *c.*4. *pr*, nec *earum consensus pretiò elici, aut invitari debet*, *l.*97. *§. si tibi nupsero. ff. de V. oblig.*

6 7 8 9 10 11

12 Hic tamen quæſtio movetur; quid de *Feudo Emtitio* ſit habendum, ſeu an interventu pecuniæ feudum prorſus acquiri non poſſit? quod utique affirmatur; feudum non ſemper ſimplici donatione, ſed prætereà etiam emtione, permutatione, & aliis modis rectè riteque conſtitui. Non opus eſt, ut reſpicia-
13 mus hîc ad Conjugia Procerum & Magnatum, qui non ſicùt privati ex amore & affectionis amicitia, ſed pro ratione & intereſſe ſtatûs ſui Uxores ducunt, vid. *Myler.* ab Ehrenb. *Gamo-*
14 *log. pers. Illuſt. Imp. c. 4. th. 1. ſeqq.* Sufficit inter privatos quoſc. etiam ſub conditione dandæ pecuniæ, v. c. dotis nomine, mille thaleror. ſponſalia legitimè contrahi, *c. 3. X. de condit. appoſit.*
15 Neque id affectui conjugali contrariatur, ſed ùt accidentale quid matrimonio extrinſecus accedit; & eſt dos conſecutiva matrimonii; licet enim poſſit eſſe matrimonium ſine dote, *l. 3. ff. de jure dot.* attamen indotatam Uxorem quis facilè ducturus non eſt, *l. 25. §. 1. ff. quæ in fraud. credit. l. 5. §. 5. ff. de ex-*
16 *cept. doli.* Similiter quando feudum, interveniente quoque pecuniâ, acquiri poſſe diſertè probatur, 1 *feud.* 7. 16. 24. & 2. *f.* 12. uti, ſexcentis locis hoc ſtatui, per inſignem ὑπερβολὴν dicit Hotomann. in 1. *feud.* 27. *vers. prætextu pecuniæ.* minimè iſtud naturam feudi immutat, aut ullam ejus improprietatem ar-
17 guit, *Henric.* Bocer. *Clas. 5. Diſp.* 13. *th.* 32. Nec enim pecuniæ acceſſio planè tollit benevolentiam Infeudantis, quam etiam vendendo Dominus exhibet, quod hunc potiùs, quàm alium Vaſallum habere velit, *Dn.* Strykius *Ex. I. feud. c. 2. q.* 20. Quomodo & feudum ùt *beneficium* emi dicitur, 1. *feud.* 20. ubi verò pecunia non eliciendi, ſed tantùm remunerandi benefi-
18 cii causâ intervenit, Hattys. *Anal. I. feud. c. 3. lit. f.* Præſertim cùm nec aliàs ſit inſolitum, ut in gratuitis interveniat etiam honor, munus, ſalarium & remuneratio, Hattys. *d. l.* conf.
19 Bocer. *clas. 5. diſp. 16. th. 4. lit. b.* Firmô ergò ſtat talô in feudi conceſſione benevolentia & affectio; quæ non minùs in aliis
etiam

etiam juris feudalis capitibus vestigia relinquit manifesta. Sic 20
matri & aviæ meræ affectionis ratione tutela feudalis præ reliquis agnatis defertur, Schrader. *de feud. p. 10. sect. 19. n. 26.* ubi non malè conferri poterit *l. 21. §. ult. ff. de tutor. & cur.* quâ jubentur *Magistratus* maximè *observare, ne tutores creent eos, qui pecuniam dant.* Et *Laudemium* seu *relevium*, quod *est certa merces vel pecunia Domino feudi pro receptione novi Vasalli solvenda*, German. Die Lehnwahr / Hand-Lohn (dicitur aliàs *Penna Aurea*, Franzk. *Tr. de Laudem. c. 1. n. 21.*) jure feudali non debetur, sed renovatio investituræ gratis fieri debet, Franzk. d. *tr. c. 4. n. 9.* Ut adeò Dominus, tale pretium per consuetudinem sibi deberi allegans, ad ejus probationem teneatur, Carpz. *lib. 1. resp. 61. & 62.* Quod vero Gothofr. *ad 1. feud. 1. §. ult. in fin.* 21
commentatur: *non quidem ita decorum esse, pretium pro feudo accipere, posse tamen id accipere Dominum, si velit*, suo relinquitur loco; subjicio tantùm, moribus seculi præsentis hoc quadrare ad amussim, dum plerumque etiam in matrimonialibus pecunia νεῦρα τῶν χρημάτων, uti aliàs dicit *Nov. Leon. 52.* & Germani: Das Geld muß die Braut seyn. Quorsum 23
spectat, quod per mores & consuetudinem in ipsa etiam pecunia feudum constitui possit, vid. Schepliz *de Consued. Marcb. tit. 27. §. 4. n. 4. seqq.* licet alioqui jure feudali communi hoc non procedat, Ludvv. *synops. J. feud. c. 2. p. 28.* Unde & tale feudum in re mobili, vel quæ usu consumitur, consistens inter impropria recensetur. De peculiari in multis olim Germaniæ 24
locis usitato jure circa matrimonium ineundum addatur ex *Just. Georg.* Schottel. *de singul. in German. jur. c. 1. §. 35.* quod hohiedum in ducatu Brunsvvicensi passim observari, *Idem* testatur, Das Bedemunds-Recht: ubi Uxorem ducturus se coram Præfectis sistit, atque sic veniam consummandi matrimonii expetit, *interventu certæ pecuniæ, quæ est velut merces copulationis oraliter petitæ*, & vocatur propterea die Bedemund: der

der Bräutigam muß Bedeweiß mündlich sein Vorhaben
25 zu Heyrathen anbringen/Schottel. *d.l.* & *C. 2.* §. *13.* Modos ducendi Uxorem apud Romanos jam attigi suprà *C. I.* §. *II.* ex quibus repetere, & pleniùs videre liceat modum *per Coëmtionem*, ubi *nubens mulier tres ad virum asses ferebat, atque unum quidem, quem in manu tenebat, tanquam emendi causa marito dare solebat, alium, quem in pede habebat, in foco Larium familiarium ponere, tertium in sacciperio cum condidisset, resignare solebat, & ita dicebatur Matrimonium per as & libram contractum*, Hotoman. *de Vet. ritu nupt. c. 21.*

26 III. Proxima autem Conjugii Feudalitii causa est solennis actus investituræ, cui in vero & corporali conjugio respondet ἱερολογία, seu benedictio sacerdotalis, Die Priesterli-
27 che Copulierung oder Zusammengebunge. Ubi ante omnia Dominus tam civiliter, quàm naturaliter vacuam possessionem Vasallo tradere tenetur, *2. feud. 7.* in fin. prohibitis du-
28 dum relegatisque & πολυγυναικία & πολυανδρία. Hinc, si feudi possessio penes tertium est, Vasallus renovationem investituræ petere, necessum non habet; neque si duo fortè in Imperio de vicariatu aut aliàs de hereditate contendunt, nisi alteruter
29 in possessione sit, Ludvv. *Tr. feud. de renov. invest. p.* 415. Non verò eliminanda hîc *Simultanea Investitura*, *quando Vasallo consentiente Dominus alium de eodem feudo investit, eiq́; jus succedendi tribuit*, 1. *feud. 3.* vers. *nisi ille.* Germ. ein Mittbelehnter/
30 der die gesambte Hand hat. Quo cum conferri posset, quod statuit *Vir Magni Nominis in Not. ad Inst.* §. *6. de nupt.* polygamiam simultaneam nec jure Divino N. T. *Uxore* prima *consentiente* prohibitam esse; quò abstineo.

31 IV. De *Subinfeudatione*, Affter-Belehnung/ *quâ Vasallo competit jus feudum, quod habet, vel totum vel proparte alii in Subfeudum concedendi*, *2. feud. 9.* vers. *si verò.* Germ. Ein Affter-Lehn/ minùs verendum est, ne per eam quasi polygamia,

in

in Conjugio Domini cum Vasallo introducatur. *Vasallus* enim 32
Vasalli mei Vasallus meus propriè *non est*, Ludvv. *de renovat. investit. p. 342. Everb.* Bronch. *comm. ad l. 47. §. 1. ff. de R. J.* cùm *nec Homo mei Hominis* sit *Homo meus*, Menoch. *de recup. poss. remed. 10. n. 73.* Quare & Subvasallus Subinfeudanti, non Domino dire- 33
cto fidelitatem & servitia præstat, Ludvv. *Synops. J. feud. p. 320.* tametsi *Vasallus Vasalli Dominum Domini offendere non debet, 2. feud. 55. § fin.* Equidem nec Vasallus duorum pluriumve Do- 34
minorum esse prohibetur; sed tunc non debet nos capere oblivio divisionis *feudi* in *ligium*, & *non ligium*: illud est, quò Vasallus fidelitatem contra omnes promittit, nullò antepo-sito vel exceptò, *C. Imperialis. §. satis, 2. feud. 25.* Hoc est, quò Vasallus non contra omnes fidelitatem promittit, sed exceptô Imperatore vel superiore, *C. Est & alia. De nova forma fidel. 2. feud. 7.* & aliò Dominò antiquiore, qui ceteris est præferen-dus, *2. feud. 28. in fin.* Non nulli vocant id *feudum homologum*, 35
& *non-homologum.* Hattys, *Analys. J. feud. c. 4. lit. h.* Unde natum πολυθρύλλητον feudisticum: *Duorum Vasallus homologus nemo esse potest*, Hattys. *d. l.* seu potest quis duorum esse non ligius, vel uni ligius, & alteri non ligius; at *ligius homo duorum nemo esse potest, 2. feud. 99.* conf. Ludvv. *synops. p. 61. seqq.* Ejusmodi 36
Vasallus *ligius* in antiquioribus investiturarum instrumentis appellatur ein Ledig Mann / *Henr.* à Rosenth. *c. 2. concl. 4.* quod nempe ledig seu liber sit ab omni arctiori fidelitatis nexu, uti volunt Anton. *Disp. feud. 1. th. 3. lit. B.* Eybenius *Elect. J. feud. c. 3. §. 8.* Sed, si quidem etymologiam κατ' ἀντίφρασιν formare li- 37
cet, nec inconveniens erit, dici ledig / quasi minimè ledig / respectu ejus, cui Vasallus arctissimô vinculô est obstrictus, & ligatus; uti & *à ligando* vox *ligii* deducitur commodissimè; hincque *Liga* fœdus significat, quò etiam spectat Gallic, *lié & allié.* Et *mulier* dicitur *ligata* esse *sub lege* viri, *c. 13. c. 27. q. 2.* 38
Nec ineptè quadrant huc dictiones, quibus uti de matrimo-
nio

nio junctis vel desponsatis assolent Germani: Sie ist feste / ist
39 gebunden / nicht mehr ledig. Ubi pari modô, si cum diver-
sis pluribusque una persona contaxit sponsalia, vel nuptias,
fides priori & publicè data præfertur, adeò ut, licet aliis decem
quis promiserit conjugii fidem, nexus tamen prior, & antiqui-
or reputetur firmissimus *Dn.* Carpz. *Jpr. Consist. lib. 2. def. 65.*
Berlich. *p. 4. Concl. 25. n. 67.* Germ. dicitur: Er hat es Jhr erst
zugesaget rc. Derogat enim prius pactum, aut juramentum
posteriori, *c. 26. & 33. X. de jurejur.* Conf. *t. tit. X. de Sponsa Duor.*
40 V. Insuper de *Superinfeudatione seu Expectativa* vi-
deamus: quæ *nihil aliud est, quàm investitura conditionalis, aut
promissio de infeudando in mortem Vasalli possessoris facta*, die
Anwartung eines noch unentledigten Lehns / Ludvv. *tr.*
41 *feud. p. 416.* Quomodò velùt sponsalia de futuro, & conditio-
nata contrahuntur, v. c. Wann ich werde heyrathen / will
ich keine andere nehmen / it. ich begehre keinen andern; aber
42 Er muß noch warten rc. Ubi operæ pretium est, annotasse,
si quis alicui contulerit expectativam in proximè vacatu-
rum, adeòque incertum feudum, dici hoc German. Ein Jrr-
lehn / ein Jrre und ungewiß Geding. *Dn.* Struv. *Synt. J. feud.
c. 7. §. 5.* Denn solches Lehn-Guth gehet noch in der Jrre /
daß es nicht eigentlich wissen kan / wo zu es sich halten soll /
43 vid. Sächs. Lehn-Recht. *c. 5. 57.* Sicuti verò etiam sub con-
ditione Uxoris superstitis moritura alii validè promittitur
matrimonium, Grot. *de J. B. & P. lib. 2. c. 11. th. 8. n. 3.* sicque ejus
velùt expectativa concedi potest, modò non pura sit promis-
sio, vel per impuram adulterii copulam purificetur; sed &
pura maneat & de futuro, *Cap. si quis Uxore vivente. ult. X. de
44 eo qui duxit in matrimon.* Ita nec valorem habet, si de feudo
viventis Vasalli purè quis investiatur, *1. feud. 27. §. si quis.* in
tantùm ut nec post Vasalli mortem consequatur effectum,
arg. *l. 29. ff. de R. J.* nisi forte mens Domini concedentis in ca-
sum

sum futurum derecta fuerit, *Dn.* Struv. *Syntag. J.f.c.7.th.5.n.*
2. Diversa significatione venit vocabulum Warten / it. die 45
Warthe in feudo *Guardiæ* vel custodiæ, Ludvv. synops. p. 84.
quando pro costodia castri, vel oppidi quid alicui assignatur, 1.
feud. 2.

VI. Jam tum monitum est superiori cap. II. §. 5. magis 46
decere Feminam, expectare; quàm ipsam sibi quærere procum, vel se non petitam viro in matrimonium sponte offerre. Sed uti in praxi hoc fortè non ubique observatur; ita ad- 47
modùm singulare est, quod aliquis seipsum ùt Vasallum, sicque Domini futurum Conjugem offerre possit, offerendo nempe bona sua allodialia & propria hac ratione, ut eorum proprietas fiat accipientis, usumfructum verò ipse offerens in feudum retineat; So jemand seine eygenthümbliche Güter einem Fürsten/Grafen/oder Herrn zu Lehen aufftrågt/ und sich demselben zum Lehenmann obligirt, *Henric.* Bocer.
Clas.5.disp. 16. th.4. lit.C. Quale *Feudum* dicitur *Oblatum*, re- 48
cognitum & appropriatum, Ein Aufgetragen Lehen. At- 49
que talia esse ferè omnia Pomeraniæ feuda, testatur *Dn.* Stryk.
Ex J. feud. c.2.q.16. Quia tamen & initium Connubii Feudali 50
tii regulariter à Domino rem suam concedente, non Vasallo fieri debet; ut enim aliquis accipiat, & teneat, sicque sit Feudatarius, requiritur, ut existat antè, qui det, præcedatve Infeudans, conf. tamen hic omninò *Casp.* Bitsch. *Comm. ad 2.f.*
23. prope fin. & *suprà Cap. II.* §. *4* it. *infrà h. Cap. §. 15. in fin.*
Hinc inter feuda impropria communiter hæcce species collocatur; licet alii ob fictionem brevis manûs eandem inter propria retinere malint, vid. *Dn.* à Rhez *Comment. J f.p.49. n.* 41.

VII. Uxorem Conjugi suo tanquàm Superiori debere 51
esse subjectam ὁμολογουμένως, & sine disputatione liquet, ipsoque Codice Sacrò comprobatur. Attamen & superior inferioris quandoque est Vasallus; putà Rex à Principe, ipse etiam

H Im-

Imperator, qui est *totius mundi Dominus*, *l. 9. ff. de L. Rhod.* à Marchionibus, Ducibus, Comitibus, &c. feudum tenere pot-
52 est, *2. feud. 100.* Quia autem Vasallus Uxoris instar esse supponitur, nonne jam Conjugi dominabitur Uxor? nonne de imperio in Maritum, à quo tanquam inferiori feudum accepit, triumphabit? ita videtur. Eandem enim ob causam, si Senatoris olim filia libertino nupsisset, nec nuptiæ erant *l. 16. pr. ff. de ritu nupt.* & *Patrona Liberto suo malâ ratione conjungitur, l. 62. §. 1. ff. eod.* atque *hujusmodi conjunctiones odiosas esse, meritò putatur, l. 3. C. de nupt.* quippe talis Femina etiam Conjugis Domina manere volet, Die Frau will Herr in Hause seyn/ contra clara *edicti* Regis Ahasveri verba, *Esd. I. vers. ult.*
53 Undę vix ac ne vix evitari poterit, quin *Connubium* Feudalitium hoc casu degeneret in *Amazonicum*, de quo vid. *Dn.* Pu-
54 fendorff. *de Jure N. & G. lib. 6. c. 1. §. 9.* Apud Ægyptios quoque in honorem Isidis receptum esse, scribit *Diodorus Siculus*, ut plus potestatis & honoris sit penes Uxorem quàm Maritum, ideoque in pactis dotalibus imperium Feminæ in Virum assignari; ubi, Uxoribus per omnia se obtemperaturos Mariti, seu *Maritelli*, ut loquitur Bald. *ad l. curatorem. C. de interd. ma-*
55 *trim.* profitentur. Ergò si placet, capiatur hic saltem emblema *Conjugii Gynæcocratici*, cujus nec olim perversus mos, nec
56 hodie exempla deficiunt. Expressum casum, ubi Dominus Vasallum vocat; Seinen gnädigen Herrn/ vid. ap. *Dn.* à Rhez *comment. ad I. F. lib. 1. n. 8. in fin.* conf. Eyben. *Elect. I. F.*
57 *c. 8.* §. 13. Ceterùm, ut dicam, quod res est, salvus & regularis est manetque nexus feudalis etiam in Vasallo superiori erga
58 inferiorem Dominum. Etsi enim ordinariè Inferior in Superiorem jurisdictionem nullam habeat, *l. 4. ff. de recept. potest* tamen *quis Major se submittere jurisdictioni alterius Minoris,*
59 *l. Est receptum. 14. ff. de Jurisd.* Quomodò & plebejo per dationem in feudum illico adscribitur, & confirmatur jurisdictio feu-

feudalis, *Dn.*Struv. *Synt.J.F. c.5.th.3.* Nisi quod soleat superior 60
Vasallus non ipse in persona fidelitatem jurare, servitiaque
præstare, sed aliorum vicariâ uti operâ, Ludvv. *synop.J.F.c.6.*
*p.*122. Sic Daniæ Rex qui certum regionis tractum vocatum 61
Das Budjadinger Land feudi jure tenet à Duce Zellensi, investituræ renovationem per Legatum petit, nec juramentum quidem corporale præstat; sed stipulatâ manu fidelitatem per Legatum promittit, uti ex ipsis literis investituræ videre est, quas retulit *Dn.*Stryk. *in Append. Ex J.feud. N.18.*
Aliud exemplum vid. ap. *Dn.*Eyben. *Elect.J.feud.c.*11 *§.9.* Nec 62
etiam jus Vasalli semper connexum est cum jure subditi, vid. *Dn.*à Rhez. *Inst.J.publ.lib.2.tit.2.§.21. Dn.* Stryk. *Ex.J.F.c.13.q.*15. *& c.23.q.39.* sed sæpius in termini meræ confœderationis subsistit. Unum ex multis singularissimum hîc adhuc expro- 63
mam; sc. Archiduces Austriæ, pileô non detractô, sed tectô capite, & equo insidentes intra suam provinciam feudum ab Imperatoris Commissario accipiunt, nullaque Imperatori servitia feudalia præstant, vid. Sprenger. *J.Jur.publ.lib.3.c.9.p.m.*
405.Joh.Guilielm. Itter. *de feud. Imper.c.9.th.31.* Imô ipsum pi- 64
leum tanquàm investituræ signum aliquando exhiberi Vasallo, refert *Dn.*Itterus *d.tr.c.9.th.33.* Conf. *Dn.*Struv. *Synt.J.feud.*
c.8.th.5.n.1. Ubi protestor, ne Uxores pileatæ inque viros im- 65
periosæ, welche auch vor ihren Männern den Hut wollen haben/ illud pro se allegent, vel ad consequentiam producendum existiment contra *l.*14. *ff.de LL.* conf. *infrà Cap.IV.§.2.*
n.7. Nam aliàs, quod inter solennia investiturarum potis- 66
simùm emineat, est summa Vasallorum submissio: quando nudatô capite Imperatorem accedere, & flexis genibus totam causam peragere tenentur, *Dn.* Stryk. *in Append.J.F.Num.*1.2.
3. Itter. *de feud. Imper.c.9.th.35.* Id ubique ferè locorum re- 67
ceptum esse, ut Mariti feuda nomine Uxorum recognoscant, serviant, & illorum procuratores sint, Seynd ihrer Frauen Lehen-Träger/ testatur *Henric.*à Rosenth. *c.*10. *concl.5.n.*18.

68 VIII. Adhæc quando pares ſunt genere ac moribus competitores, is potior exiſtimatur, quem ſibi conſulens puellâ approbaverit, *l.* 18. *C. de nupt.* approbando autem non meliùs ſibi eſt conſultura, quàm ſi & ſibi in omnibus magis parem elegerit, ſecundum tritum illud:

Si qua voles aptè nubere; nube pari.

69 Bene tamen à Nobili Ignobilis, à Cive Ruſticus & plebejus feu-
70 dum accipit. Nam, ut taceam, dari etiam *Ruſticos Imperii immediatos*, qui nullius niſi Romani Imperatoris ſubjacent juriſdictioni, qui vocantur Germ. Des Heiligen Reichs Freye-Bauren. vid. *Martin* Mager. *in Tract. de Advocat. Armat. c.* 6. *n.* 27. Unmittelbahre Reichs-Bauren / in denen unmittelbahren Dorffschafften / *Dn.* à Rhez. *J. J. publ. lib.* 1. *tit.* 19. §. *ult.* (à
71 quibus multis diſtant paraſangis illi, qui aliàs quidem etiam dicuntur Reichs-Leute / Königs-Leute / Wehner, *Obſ. Pr. h.*
72 *voc.*) Sufficit in Conjugio paritas conſenſionis & animorum, non neceſſaria ſemper paritas ſtatus & conditionis; & pleraque feuda etiamnum à potentioribus Dominis recognoſci so-
73 lere, dicit *Dn.* Struv. *Synt. J. f. c.* 5. *th.* 3. Hinc etiam, cùm ejusd. Domini in eodem territorio Vaſalli judicent de controverſiis feudalibus Dominum vel directò, vel indirectò ſpectantibus, ideoque vocentur *Pares*, 2. *feud.* 39. §. *ſi inter.* 2 *feud.* 58. §. 2. in fin. *&* §. 3. paſſimque alibi; quod *Pares* ſint inter ſe reſpectu *ejusdem Domûs*, 2. *feud.* 16. *Curtis*, 2 *feud.* 46. vel *Curiæ Domini*, 2. *feud.* 55.
74 §. *penult.* minùs rectè à non nullis requiritur, ut ſint ejusd. dignitatis & conditionis Pares cum Vaſallo contra Dominum litigante, conf. *Dn.* Struv. *Synt. J. f. c.* 16. *th.* 17.

75 IX. Sicuti præterea inter abſentes, maximè personas Illuſtres & Principes hodiedum mos viget, & de præterito hiſtoriæ abundè teſtantur, ſæpiùs eos non in perſona cum Sponſa copulari; ſed per Internuncium, Procuratorem vel Legatum cum ſpeciali mandato miſſum non tantùm ſponſalia, ſed

etiam nuptias imaginarias celebrare, *Dn. Johann. Georg.* Nicolai, *Tract. de Repud. & divort. part. I, c. 1. n. 23.* Ubi & benedictio 76
sacerdotalis cum Principis Sponsi Legato peragitur, eidemque torum conjugalem ingredienti Sponsa ad latus ponitur, sicque. fictô concubitu matrimonium velut consummatur, Paul. Cypræus *de Sponsal. c. 9. §. 14. 15.* conf. Beust. *de Jure Connub. part. 2. c. 43. Dn.* Stryk. *de Success. ab intest. Dissert. 4. c. 3. th.* 7. Eodem modô *utrum ipse vel alius pro se investituram faciat* 77
vel suscipiat, nihil interesse putatur, potest enim hoc negotium, & per Procuratorem ab utraq; parte expediri, 2. feud. 3. §. 1. vers. sed utrum. & *investitura per se vel per suum nuncium dari, & accipi potest, 2. feud. 58. § item sciendum.* Quare nec Vasallus 78
investituram in própria persona accipere tenetur, sed perinde, hoc per Legatum vel Procuratorem fieri, sufficit, qui speciali ad jurandum mandató instructus, in Vasalli animam jurat hac forte formulâ: Ich Sempronius alß Gevollmächtiger 79
Mevii schwere und gelobe in dessen Gewissen und Seele ꝛc. Dem ꝛc. getreu gehorsam / und gewärtig zu seyn ꝛc. So wahr Ihm GOtt helffe / *Dn.* Struv. *Synt. J. f. c. 8. th. 7. n. 5.* Et, si 80
plures Vasalli feudum commune & indivisibile teneant, possunt unum ex se eligere tanquàm Curatorem, qui dicitur vulgò EinTrager / quod omnium nomine investitutam petat, & juret, *Udalr.* Zas. *de feud. part. 7. n. 11.* Solent tamen secundùm 81
hodiernum stylum Curiæ Feudalis Principum Legati coram Imperatore absentiam sui Principalis modestè excusare, vid. *Dn.* Stryk. *in Append. Ex. J. f. Num. 1. p. 344. & 347.* Similiter Do- 82
minus investituræ actum per alium, cui hoc demandavit, expedire potest; quod de feudis Imperii minoribus nempe Baronatibus, Comitatibus est extra contrversiam, cum hæc non semper in persona propria conferre Imperator solitus sit, *Dn.* à Rhez. *I. J. publ. lib. 2. tit. 29. §. 6.* sed plerumque coram judicio Cæsareo-Aulico collatio eorum fiat. At nec de feudis majori- 83

bus aliter est sentiendum; quamvis enim Imperii Vicarii in talibus investiendi facultas denegetur tempore interregni, *A.B.c.5.§.1.* diversa tamen ratio est Procuratoris vel Commissarii ad id specialiter ab Imperatore constituti, vid. Limn. *de*
84 *I.publ.lib.4.c.7.n.28.* Nihil etiam frequentiùs est, quàm aliorum feudorum investituras expediri non per Principem
85 ipsum, sed ejusdem Cancellarium. Atque in locis quibusdam singulariter constituitur, qui de feudis nomine Principis Vasallos investiat, diciturque *Præpositus feudi*, Lehn-Probst/
86 *Hubert.* Giphan. *de Jure fendor.c.*10.*n.6.7.* Ubi de German. voce Probst notandum, quod aliás potissimùm sit fori Ecclesiastici, huc verò tracta Conjugio Feudalitio, ratione actûs copulationis, qui à persona Ecclesiast. ut plurimùm expediendus optimè conveniat.

87 X. Investitura ipsa, quæ & *investitio* dicitur, 1. *feud.*26. *pr.* vers. *testes.* quod in solennibus inaugurationibus solenni plerumque veste (v.c. nuptiali, conf. *D.* Hildebrand. *de Nupt. Vet. Christian.*) quis induatur, *Dn.* Struv. *Synt. J.feud. c.8. th.*1.
88 *n.*1. conf Bitsch. *comm. ad 2.feud.2.pr.Not.2,* Alia *propria* & realis est, quando Dominus Vasallum in veram & actualem feudi possessionem inducit; alia est *impropria*, verbalis vel abusiva, quando, traditis certis signis futuram possessionem innuentibus, per hæc se investituram facere Dominus dicit, *2.feud.2.*
89 *pr.* Istiusmodi symbolorum pro varia locorum consuetudine varia olim adhibita recenseri possunt. Vel enim *Annulus* porrigitur (tanquam in desponsatione & copulatione, Rittersh. *part.feud. lib.1.c.8. q.10.*) Gothofr. *ad 2. feud. 4. lit. b.* Omnia feuda antiquò more Gallico per *annulum* & virgam collata fuisse, quod dicebant *par rain & par batôn*, Rain *pro annulo, ùt ho-*
90 *die Germanis* Ring/ observat, Cujac. *de feud.lib.2.tit.2.lit.E.* Vel *Chiroteca* datur (cogita hìc manûs dationem inter Neonym-
91 phos) vel *Osculum* libatur, (de effectu osculi intervenientis ratio-

ratione sponsi & sponsæ vid. *L. si à Sponso, 16. C. de donat. ante nupt.*) vel *Corona* imponitur (der Braut-Krantz) vel *Crucis* 92
signum offertur (de cruce Conjugio addita vid. *Dn.* Carpzov. 93
Jurispr. Consist. lib. 2. tit. 8. def. 142. n. 7. sunt enim Conjuges ordinis Crucigerorum, & Cruce, signô benedictionis, per Sacerdotem quasi de Cruce investiuntur; Germani dicunt: Das Creutz machet die dritte Persohn zwischen Braut und Bräutigam / conf. jocosè *Balth. Conrad.* Zahn. *Ichnograph. Municip. c. 34. n. 10. & 11.*) De signis hisce aliisque pluribus, 94
vid. *Johann. Guil.* Itter. *de Feud. Imper. c. 9. th. 33. & seqq. Albertus* Krantz, *lib. 4. Metrop.* Conf. omninò *Carolus* du Fresne *in Glossar. ad Scriptores mediæ & infin. Latinitat.* voc. *investitura. p. 103.* Dicuntur autem symbola illa *Donum investituræ* 95
2. feud. 27. §. 2. vers. *si duo.* ubi ad *dona & munera sponsalitia* posset allusio fieri. De modo investiendi in feudis Ecclesia- 96
sticis per baculum & annulum magnam aliquando controversiam Imperatoribus moverunt Pontifices, (num ideò quod datio annuli inter desponsatos copulandos à functione Ecclesiastica dependeat?) donec tandem *Henricus V.* Imperator hoc investituræ genus Pontifici cessit, sibique reservavit potestatem Clericos solùm sceptrô investiendi; unde *Feudum* 97
Ecclesiasticum regale dictum Scepter-Lehn / *Dn.* Struv. *Synt. J. feud. c. 3. th. 7. n. 4. seqq.* Uti *Seculare Feudum*, ein Fahn-Lehn / 98
quod vexillô conferri solitum fuerit. Quanquàm hodie feu- 99
dorum majorum investituras ferè omnes gladiô vel ense velint expediri; hoc nempe modô, ut Vasallus, præstitô fidelitatis juramentô, capulum ensis apprehendat, atque extremum ejus conum osculetur, *Dn.* Reinking. *de R. S. & Eccles. lib. 1. Clas. 5. c. 9.* Conf. tamen *Dn.* à Rhez. *Institut. J. publ. lib. 2. lit. 29. §. 4.* & omninò *Dn.* Itter. *de feud. Imp. c. 9. th. 33. & 34.* De *feudo Scu-* 100
tiferorum antiquitùs concesso vide *2. feud. 74.* conf. Speidel. *specul. Jurid. voc.* Schlid-Lehn / ubi, quod notat, *Scutiferum* Germanos olim dixisse Edell-Knecht / it. *Besold. Thes. Pr. Contin.*

Dieth.

Dieth. Voc. Edell-Knecht / & *Webn. Observ. Pr. Voc.* Achman / referatur ad *Cap. II.* §. *7. n. 41. seqq.*

101 XI. Quemadmodùm verò connubia non clandestinè, & furtim, sed in cœtu fidelium, aut ipsa Ecclesiæ facie celebrari
102 debent, *can.* 1. *q. 5. c. XXX.* ita & Pares curiæ in investitura feudi necessariò requiruntur præsentes minimùm duo, *2. feud. 2. pr. 1. feud. 58. §.* 1. qui tanquam Paranymphi, & testes actui huic assistant, cùm sine legitima testificatione vis investituræ
103 nulla sit, *2. feud.* 32. Et, sicùt ampliùs juris morisque, uti, qui in aliâ provincia solennibus conjugii se usos profitentur, testimonium Parochi exhibere cogantur, müssen ihren Trau-Brieff auffweisen / conf. Carpzov. *J. pr. Consist. lib. 2. tit. 8.*
104 *def.* 142. *n.* 19. ita jur. feudali notum est *breve testatum*, *1 feud. 3. 1. feud.* 4. *pr. & alibi*, quod *Feudistis est instrumentum super investitura confectum*, German. Lehn-Brieff / Hubert, Gyph. *tr. de Jure feudor. c.* 10. *n.* 3. 4. conf. huc *Cap. illud X. de præsumt.*
105 Ubi tamen monendum est, hodiernò usu ipsam Parium, vel aliorum præsentiam esse remissam, & sufficere breve testatum Domini confessione, & sigillô absque testibus confirmatum, vel attestatum Cancellariæ feudalis, *Dn.* Stryk. *Ex. J. feud. c.* 12. *q.* 16.

106 XII. Jam ad ipsam Conjugii Feudalitii animam seu formam internam penetramus, quæ præcipuè consistit in fide seu fidelitate invicem danda, & præstanda *2. feud. 5. 2. feud. 6.* cum enim & aliàs *matrimonii fides vitæ æquiparetur*, Grot. *de J. B. & P. lib. 1. c. 2. th 5. n.* 7. certè Conjugium Domini cum Vasallo sine fide cessat, atque expirat instar *unguenti, quod ideò res*
107 *mortua appellatur*, *l. 7. pr. ff. de donat. intr. V. & Uxor.* Ipsaque *feudi* etymologia hoc satis superque confirmat, deducitur namque à *fidelitate* vel *fide*, *2. feud. 3 in fin. Dn.* Maurit. *Position, Controv. J. feud. decad.* 1. *posit.* 1. quæ Longobardis & Italis di-
108 citur *Fede*, Vultej. *de feud. lib. 1. c. 2, n.* 2. Quamobrem & Va-

salli

falli vocantur *Fideles*, 1. *feud.* 1.§.1. & 2. 1. *feud.* 4. §. *penult.* 1. *feud.* 5. *pr.* 1. *feud.* 10. &c. Adeò ut termini *feudum*, *fi-* 109
des, & *fidelis* meritò judicentur esse de illis, qui dicuntur πρὸς ἓν ἢ ἀφ' ἑνός. Cui illustrando saltem facit, quod Bodinus *de Republ. lib.* 1. *c.* 9. *pr.* vocabulum feudum ex literis initialibus juramenti fidelitatis vult collectum: Fidelis Ero Domino Vero Meo, conf. 2. *feud.* 7. Mantissæ loco hîc addo *c.* 13. *in med.* X. *qui filii sint legitimi*, ubi *fides tori* dicitur *esse unum de tribus bonis Conjugii*; conf. *c.* 10. *c.* 27. *q.* 2.

XIIII. Est igitur *Fidelitas* quasi *Annulus Pronubus* seu *con-* 110
nubialis, Der Trauring / quò Conjugium Domini cum Vasallo initiatur, & consummatur; proinde à feudo nulla ratione abesse potest. Equidem, Wenceslaum Imperatorem 111
ob quatuor cupas Vini Bacherani Norimbergensibus fidelitatem remisisse historiæ loquuntur, vid. Sprenger. *J. J. publ. lib.* 3. *C.* 8. & *C.* 33. *n.* 3. ubi oblatione unius cupæ umb ein Fuder Bacheracher Wein hoc contigisse, idem Auctor est; Verùm *non spectandum*, *quid factum sit Romæ*, *sed quid fieri debeat*, *l.* 12. *ff. de offic. Præsid.* Nam & Carol. IV. unius prandii gratia 112
propè civitatem Avignon integrum regnum Arelatense in Regem Galliæ transtulit, Spreng. *J. J. publ. lib.* 2. *c.* 26. *p. m.* 265. & *lib.* 3. *c.* 2. *pr.* Servitiorum feudalium aut determinatè aut pe- 113
nitùs remissionem fieri posse, ambabus largior manibus; non enim spectant hæc ad feudi substantialia, sed tantùm ad naturalia; quæ ex voluntate contrahentium mutationi sunt obnoxia, *Andr.* Kohl. *de Servit. Feud. part.* 4. *n.* 90. Unde *feu-* 114
dum Francum ein Frey-Lehn dictum, quod *ita conceditur*, *ut nulla inde servitia præstentur*, *Dn.* Struv. *synt. j. feud.* *c.* 4. *th.* 9. Licet aliàs jure feudali *debita* servitia vocitentur, 2. *feud.* 55. 115
pr. Nam & Conjuges aliquando non malè paciscuntur, ne de- 116
bitum conjugale sibi invicem præstent, 1. *Cor.* VII. 5. Famosò hîc se exhibet exemplò Conjugium *Henrici II.* Imperat. &

Kunigundæ, quos monumentum Bambergenſe, quod inde vi-
dere licet, *Virgineos Conjuges* nominat, conf. *Dn. Joh. Chriſt.* Becmann. *Polit. parall. c. 7. th. 5.* in fin. ubi profert Moraliſtarum aliquam diſtinctionem, quâ alia eſt obligatio ad copulam radicalis, alia actualis, ſicque exiſtimat, tale conjugium
118 ſubſiſtere potuiſſe. Et dicit Ulpianus, *ſcire ſe de Conſularibus perſonis, quod mulier & maritus diu ſeorſim habitaverint: ſed honorem invicem matrimonii retinuerint, l. 32. §. 13. ff. de donat.*
119 *inter V. & Ux.* Attamen votum perpetuæ continentiæ inter Conjuges nec ſuadendum, nec præcipiendum vult *Ludov.* Dunte *in Cas. Conſc. c. 19. q. 9.* Conf. *Joh. Adam.* Oſiand. *Obſervat. in Hugon. Grot. lib. 2. c. 5. th. 9. obſerv. 1.*

120 XIV. Præterea etiam in feudo circa modum fidelitatis promittendæ aliquid licitè remittitur; nempe ne præcisè jurata ſit, vel ne fidelitatis nomine jusjurandum præſtetur, *2. feud. 3. in fin.* Unde alius dicitur eſſe *Vaſallus per ſacramentum*, alius non, *2 feud. 47.* eſtque diſtinctio *fidelitatis in ſacram, &*
121 *non ſacram*, it. *feudi in jurabile* & *non-jurabile*, vid. Eyben. *Elect. J. feud. c. 11. §. 10.* Ne autem ipſa fides vel fidelitas præſtetur, hujus nulla vis eſt pactionis, quia tale pactum feudi ſubſtantiam immutat, atque ad delinquendum invitat, Hattys. *Anal.*
122 *J. feud. c. 2. lit. a. & c. 9. lit. a.* Sicut & nullo robore nititur conventio, ne Vaſallus cadat feudo propter feloniam, quod enim directè fieri prohibetur, id nec per indirectum fieri permittitur, Hattys. *c. 3. lit. b.* ſeu quod prohibetur unâ
123 viâ, nec admittitur aliâ, *c. 84. de R. J. in 6.* Modò leviter ſecum perpendens mox intelligit, illicitam, & non ſine lenocinii ſuſpicione eſſe inter Conjuges conventionem ſeu tacitam ſeu expreſſam, de fide conjugali non adeò ſtrictè ſervanda, ſed datâ invicem libertate citra conjugii violationem pere-
124 grinos promiſcuè amores ſectandi. De permutatione & commodatione Uxorum multis olim gentibus rece-

pta, vid. *Henning.* Arnisæus *de Jure Connub.c.6.sect.1.* de Uxore amicis communi conf.*C.2.Q.12.Q.1.*sed hem quàm summè hîc opus est PALEA! 1

XV. Erronea, & tantùm non periculosa opinio multo- 125
rum animos invasit, majus castitatis studium requiri in femina quàm in masculo,*per l.5.C.ad SCt.Orfician.*conf.*inf.Cap.ult. th.XI.*Certè quidem ob defectum virginitatis sponsæ,non verò 126
sponsi matrimonium rescindi, permittitur, *Paul.* Cypr. *de Sponsal.c.13.§.57.* Hîc tantùm facio meum, quod Cap.12.X. de 127
pænit.meminit *utriusq́; sexûs Fidelium;*qua propter jam de nexu vel fide inter Dominum & Vasallum mutua seu reciproca quædam delibabimus. Namque finis & effectus feudi idem 128
ferè est, qui ceterorum contractuum, in quibus mutuum contrahitur συνάλλαγμα,seu obligatio ultro citroque efficax,Hattys. *Anal J.feud.c.10.* Hinc dicitur eleganter, quod *Dominus in omnibus vicem Fideli suo reddere debeat,2.feud.6.in fin.* secundùm illud Germanor. getreuer Herr/getreuer Knecht/ *Godofr.* Ant. *disp. Feud. 7.th.1.lit.b.* Rittersh.*partit.feud.lib.1.c.lo. q.*12.& *lib.2.c.4.q.*1. Eyben. *Elect. J.feud.c.*11.*§.9.* Atque hæc est 129
causa αὐτοτάτη quamobrem Vasallus Dominum in CONJUGEM vel amicum habere existimetur, *2.feud.58.pr.*scil.ut amor utrinque reciprocus, & commune fidei vinculum denotetur, Gothofr.*ad 2.feud.6.*in fin.*Dn.*Struv. *Synt. J.feud.c.2. th.5.* Uti enim *Conjuges non solum exigere debitum conjugale;* 130
sed & vicissim solvere tenentur, c. Tuæ fraternitatis. 10.X.de eo qui cogn. consang. Alter enim *alterius auxiliò eget, & unô semotô, & alterum corrumpitur, l.14. C.de legitim. hered.* ita lex vicissitudinis & paritatis inter Dominum & Vasallum idem introduxit, *2.feud.6.§.7.*vers. *Domino.* & *2.feud.47.* qui textus *mutuum adjutorium* in Conjugio Feudalitio egregiè stabiliunt, conf. *2.feud.26.§.7.*vers. *licet.* O! fortunatum, felixque Con- 131
jugium, ubi *duo æquâ charitate conjuncti, l.10.pr.ff. de reb. dub.*

 ubi

ubi ter *Felicissimus*, & *Felicissima*, *l. 41. §. 3. de leg. 3.* O! æquale *Nuptiale Jugum*, *l. 10. pr. ff. de condit. & demonstr.* ubi *Jugales* hoc
132 est, Conjuges 2. *feud. 104. §. 2.* pariter jugum ferunt, O! æquale *mutui amoris vinculum*, *l. 1. ff. de donat. intr. V. & Ux.* Eccui non volupe sit hic mecum perscrutari scrinium *Dn.* Eybenii? qui *formam feudi* admodùm concinnè atque eruditissimè describit; esse *unionem seu mixturam quandam habitudinum illarum, & qualitatum moralium, ex quibus cùm jura in re, directi & utilis dominii, tum jura ad rem vel personam Vasalli & Senioris, iisq; respondentes obligationes de mutua fide, atq; eò spectantibus officiis, intercedente re feudali efflorescunt;* aut esse illam *in omnium horum invicem combinatorum & unitorum præsentia.*
133 Hæc *Ille in Elect. J feud. c. 11. §. 4.* in fin. Idcirco perpetua quoad fidem inter Dominum & Vasallum est relatio, ac *neuter sine altero priùs posteriusvè oritur, vivit aut moritur,* Idem *d. l. §. 9.* vid. tamen §. *V. suprà h. Cap.*
134 XVI. Quando verò sæpiùs recordamur præcipuarum Mariti præ Uxore partium; & obligationis Dominum inter atque Vasallum discrimina quædam esse, minimè obliviscimur. Vasallus enim Domino principaliter obligatur, eique fidelitatem pollicetur; Dominus hanc Vasallo per consequentiam
135 iterùm exhibet, Rosenth. *de feud. c. 1. concl. 2. n. 9.* Nunquam verò ejus causâ Vasallo vicissim jusjurandum præstat, *Joan. Thom.* de Marinis *Tr. de feud. tit. 15. n. 18.* Rosenth. *c. 6. concl. ult.* in
136 fin. Majorem enim fiduciam jus habet de Domino, quod in fide mansurus sit, quàm de Vasallo; tum *quia, si Vasallus vellet Dominum quoq; adigere ad jusjurandum, videretur velle in dubium vocare ipsius fidem, & metuere ab eo perfidiam, quod esset contrarium reverentiæ ipsi debitæ,* Rittersh. *part. feud. lib. 2.*
137 *c. 4. q. 1.* in med. Quæ eadem est ratio, quamobrem pro conservanda vel restituenda dote Maritus haud tenetur dare fidejussorem, *to. tit. C. ne fidejus. dot. dentur.* ipsi autem pro dote solven-

venda à socero conceditur fidejussoris exactio, conf. Bachov. *adTreutl.Vol.2.disp.7.th.4.* De cetero quidem etiam Dominum 138
ad eadem illa sex capita Vasallo *2.feud.6.& in c.*18.*c.22.q.5.* præscripta; nempe *incolume*, *tutum*, *honestum*, *utile*, *facile*, *possibile* teneri, disertò probatur. Veruntamen generalis nimi- 139
um hæc doctrina non immeritò videtur *Dn.* Eybenio *Elect. J. Feud. c.*11. §. 10. cùm multas in Domino admittat fallentias, Rosenth. *c.8. concl.1. lit.c.* quod plures dentur casus, ubi Dominus & Vasallus ad paria non judicantur; sed *melioris conditionis Dominus censetur*, Gothofr. *ad 2.feud.33.lit. X. non* aliter atque *in multis causis deterior, conditio feminarum quàm masculorum habetur, l.9.ff. de statu homin.* Hocque tunc est evidentius, 140
quando Dominus feudi non est simplex, sed respectus subjectionis concurrit. Ideoque *D.* Vultejus de mutua Domini fi- 141
de agenti duobus eam securitatis & defensionis capitibus includendò, *tr.de feud.c.*10.*n.*47. plenè astipulatur sæpe laudatus *Dn.* Eybenius *d.l.* ac saltem reverentiæ atque obsequii vinculis Dominum putat eximendum; adeò ut Domino vel *Seniori* tantùm *reverentia* debeatur, *2.feud. 22.* Namque & hoc est 142
καθῆκον Uxoris erga Maritum, cui *receptam reverentiam* monet *exhibendam* Ulpian, *l.*14. *in fin. soluto matrim.* conf. *l. un.* §. *7.C.de re Ux.* Idemque vult tenor edicti Regii, *Esth. I. vers.20.* Daß alle Weiber ihre Männer in Ehren halten. Non ob- 143
stante, quod ipse Justinianus & Conjugem suam vocet *Augustam Venerabilem* §.*ult. I. de usucap. Reginam suam*, *l.26. C. de donat.intr.V. & Ux. & Reverendissimam*, *Nov. 8 c.*1. Solent e- 144
nim & moribus hodiernis ex mera civilitate Mariti Uxoribus honorem præcedentiæ in sedendo vel eundo concedere, quod defendit *Barthol.* Chassan. *Catal.glor. mundi part. 2. Considerat.* 37.

XVII. Brevibus; communi Feudistarum calculò pro- 145
batur, laxiorem esse Domini obligationem erga Vasallum

146 quàm Vasalli erga Dominum, Eyben. *d.c.*11. §. 10. Quæ omnia
jam jam exposita hoc innituntur fundamentô, quod ipsa feu-
di propietas, & Dominium directum, seu superius, principale,
das mehrere/ Grund/ und Ober Eigenthum/ maneat penes
147 Dominum; contrà inferius, secundarium, (quod communi-
ter utile vocatur) das Mindere/ nutzbare / und nieder Ei-
genthum / Vasallus consequatur, *Dn.* Eyben. *Elect. J. feud.*
148 *c.*11. §. *6.* Ubi tamen cavendum est, ne nimiùm abjectè de Va-
sallo sentiamus, nudum ac simplicem usufructuarium eum ap-
149 pellando. Quippe & is titulô Domini certô respectu jure ho-
150 noratur, Eyben *d.c.*11. *n.*7. Non aliter atque *societas vitæ & U-
xorem quodammodo Dominam facit*, *l.*1. *ff. de act. rer. amot.* nec
aliàs in LL. peregrinum, *Feminas* etiam in comparatione ad
Maritum *Dominas* appellari, *l. 38. §. 4. ff. de leg. 3. l.* 19. §. 1. *de
annuis leg.* imò ab ipso Marito, *l. ult.* §. 1. *de auro arg.* & Titia
omnia pro Domina egisse perhibetur, *l. Titia.* 48. *ff. de
solut.* De *Uxore Domina & Magistra* vid. Gothofr. *ad L.*17. *lit p.*
151 *ff. de pecul.* ex jure feud. conf. 1. *feud. 5. pr.* Atque de antiqua
pompa nuptiali apud Romanos fuit, ut Mulier in limine do-
mûs Mariti diceret: *ubi tu Cajus, ego Caja &c. ubi tu Domi-
nus & familiæ Princeps, ego quoq; Domina & Hera &c. Ant.* Hot-
152 toman. *de Vet. rit. nupt. c.*16. *& 23.* Quamvis Dominatum istum
non debere extendi ultra colum, pensum, & fusum, Gail. *lib. 2.
observ. 144. n. 3.* admoneat.

153 XVIII. Exemplum obligationis feudalitiæ qui deside-
rat, taciturnitatem statuat sibi ante oculos, virtutem tantò
magis in feminis commendandam, quò *ægriùs solent celare,
154 nisi quod solent ignorare*, Rosenth. *c. 8. concl. 31. lit. b.* Vasallus
autem *credentiam sibi commissam manifestare* 1. *feud.* 17. vel *se-
creta pandere* 2. *feud.* 7. vers, *Etsi aliquid.* atque ita *Domino in
damno esse de secreto suo* 2. *feud. 6.* prohibetur, ejus *intima nu-
dando, & secreta negotii aperiendo*, uti loquitur *l. 3. §. 1. ff. de
recept.*

recept Quantum mali afferat, matrimonii & aliàs reticenda 155
publicare, teſtificantur exempla Regis Lydorum Candaulis ap. *Juſtin.Hiſtor.lib.*1.*c.*7.& Amicæ Samſonis *Delilæ*, welcher Er ſein gantzes Hertz hatte offenbahret / ut ajunt Sacra Biblia, *Judic. XVI.* ipſa tamen plena rimarum, ut cum Comico loquar, hac atque illac perfluebat.

XIX. E ſummis ac maximis eſt, quod Vaſallus etiam 156
contra fratrem, filium & parentem Domino ſervire, atque auxilium ferre jubeatur, 2.*feud.*28.*§.fin.* Rationem dicit *Gloſſa 2 feud.6.* quia *Vaſallus liberis, & Parenti tenetur vinculò natu-* 157
rali, ſed Domino vinculò juramenti, quod eſt fortius, cum juret per Deum; quod ex ordine diligendorum ampliùs deductum vid. ap. *Andr.* ab Iſern. *in.d.§.fin.2.f.28.* Cui addatur tantùm *l.* 158
1. §. 15. in fin *ff. de ventre in poſſes.mitt. non ſolùm Parenti, ſed & Reipubl. natos nos videri.* Cujacius quidem *lib.4.f. tit.31.* 159
verba illa *& patrem* delenda monet; ſed in eam ſententiam ire recuſat Hotomann. *add.§fin.* Nec ſufficiens eſt ratio ob- 160
ſequii & honoris naturalis, quâ Hattyſerus *Anal. j.f.c.10.lit. c.* defenſionem contra parentem improbat, contra fratrem verò & filium Vaſallo incumbere arguit; Oppono enim rationem naturalis dilectionis & amoris, qui magis deſcendere, quàm aſcendere putatur, vid. *Diſput. Inaugur. de Succesſione Claudicante inter Parent.& lib.cap.V.* Tutius ergò à communi 161
Feudiſtarum affirmativa non receditur. Ludvv. *Synopſ.j.f.c.*14. *p.*294. Licet hoc caſu excuſetur Vaſallus per ſubſtitutum ſervitia præſtans, Kohl. *de ſervit .f.p.3. n.*11. Et profectò cautè hic monet *Magnif.Dn.* Maurit. *poſit. controv. j.f.decad.*12.*poſit.* 8. cum quæſtione hac non confundendam eſſe alteram: quomodo, & quatenus Vaſallus Dominum adjuvare contra Patrem debeat? Huic autem bene conſonum eſt, quod aliàs de 162
vinculo Conjugii ipſius noſtri Salvatoris extat effatum ex verſione B. Lutheri; Es wird der Menſch ſeinen Vater und

Mut-

Mutter lassen / und wird seinem Weibe anhangen/ *Matth.*
163 *XIX. 6. Marc. X. 7.* conf. *Gen. II. 24. Ephes. V.* 31. Atque Uxores etiam in effectu juris firmiùs adhærere Marito, quàm Patri liberis, & fratri, demonstrat *Dn.* Mevius *Tractat.* Von Zustand / Abford. und Abfolge der Bauren/ 3. Hauptp. *n. 33. & seqq.* Conf. Gothofred. *ad l.* 1. *§. 5. ff. de liber. exhib. lit. e. Uxor* enim *pars Viri*, & *ejus quasi portio* est, Gœdd. ad *l.* 1. *n. 28. ff. de Verb. signif.* sicuti *partus viscerum matris portio, l. ult. C. de liber. caus. Leon. const. 98.*
164 XX. De evolutione homonymiæ vocabuli feudi, quod ab initio mox dicendum fuisset, huc reservavi: scilicet accipitur *feudum* vel *pro Contractu feudali*, seu ipsa feudi concessione, vel, *pro jure* per concessionem illam *constituto*, vel pro
165 *ipsa re* in feudum *concessa*, *Dn.* Rittersh. *lib. 1. c. 3. q. 3.* Priorum duarum significationum latitudinem quoad potissimam partem absolvunt modò jam exhibita; subjici hîc poterit quæstio an, & quomodo etiam Conjugium vel matrimonium Contractus sit ex Bachov. *ad Wesenb. tit.* de Ritu Nupt. n. 3. Conf. Brunn. *in J. Eccles. lib. 2. c.* 16. *§.* 1. ibique *Dn.* Stryk. *in Addit. Henr.* Hahn.
166 *ad Wesenb. tit. de Sponsal.* n. I. Ratione autem significationis ultimæ, quà capitur feudum pro re in feudum concessa, ipsum *Feudum quasi Dotem* in Conjugio Feudalitio constituens, e-
167 us velùt βοζευολογίαν quandam sum facturus. Primò autem omnium quæritur, an feudem in dotem dari possit? & posse affirmatur, si quidem illud Femininum sit; quod Femina Marito validè in dotem constituit, *2. feud.* 13. conf. *Dn* Strauch. *Dis-*
168 *sert. Justin. 3.* §. *8.* Fructus quoque feudi quoad dies vitæ Concedentis à patre vel extraneo rectè in dotem dantur, Rosenthal.
169 *c. 9. m.* 1. *concl. 8. n. 6. & concl. 9. n.* 1. *seqq.* Quando verò dicunt Dd. feudum non dari in dotem nisi inæstimatò detur, vid. *Strauch. Dissert. Just. d. l.* è contrario notandum est, quod fundus dotalis non aliter detur in feudum, nisi æstimatò in dotem datus

tus sit, *Dn.* Stryk. *Ex. J. f. c. 8. q.* 11. De *Feudo Dotali* & *Parapher-* 170
nali, ùt vocant, pluribus vid. Rosenth. *c.* 10. *concl. 5.* item
de Vasallo dotali, c. 8. concl. 13. n. 4. & concl. 19. *n.* 7. Res aliena in 171
feudum, *2. f. 8. pr.* & in dotem dari potest, *l. 6.* §. 1. *& l.* 18. *ff. de
jure dotium.* De re aliena in feudum concessa textus ad unum
omnes consuli possunt beneficiô *Concordant. J. feud.* Magnif.
Dn. Lynckeri, sub. Voc. *alienare.* Res communis in dotem
rectè datur, *l.* 16. *C. de jure dot. ergò etiam in feudum concedi
potest, Dn.* Stryk. *Ex. J. f. C. 8. q.* 10.

XXI. Dotis constitutionem fieri ad sustinenda onera 172
matrimonii constat, *l. Dotis fructum.* 7. *ff. de jure dot.* Et ob 173
commodiorem servitiorum præstationem Vasallus fructus
reditusque feudi percipit; nam si feudum sit exiguum, ut fructus sumtibus servitiorum faciendis non sufficiant, Dominus ipse hos suppeditare tenetur, licet aliunde bona habeat
Vasallus, Kohl. *de Servit. feud. p. 6. n.* 12. Similiter atque qui 174
lucrô dotis non fruitur, nec matrimonii onera sufferre cogitur, *l. Pro oneribus.* 20. *C. de jure dot.* Nemo verò, arbitror, vitio 175
vertet, quod hic scenā cum personis quodammodo mutatam
videre sit. *Nempe* in hoc & sequenti aphorismo, nec non alibi
semel iterumq; Maritus confertur cum Vasallo, qui dudum tamen gynæconitide inclusus Uxoris vicem præstare debet. Ut
hinc objici forte possit Terentianū illud: *contaminari non decere fabulas.* Sed hisce in casibus velim respectus magis habeatur 176
rerum quám personarum; cùm & aliàs rebus ipsis potius jura
sint scripta, *l. 2. in fin. C. comm. de legat.* sicque in negotiis definiendis magis natura & substantia rei, de qua quæritur, attendenda, quàm rei appellatio, *arg. l. 67. de R. J.* Peregendum
igitur est, contemtô τῶν μικρολογιῶν in verbis strepitu.

XXII. Rei dotalis dominium transfertur, & competit 177
Marito ejus vindicatio, *l. 9. C. de R. V.* etiam contra ipsam Uxorem, *l. 24. ff. de act. rer. amot.* Atque Vasallus vigore domi-

Dietb. Voc. Edell-Knecht / & *Wehn. Observ. Pr. Voc.* Achtman / referatur ad *Cap. II.* §. 7. *n.* 41. *seqq.*

101 XI. Quemadmodùm verò connubia non clandestinè, & furtim, sed in cœtu fidelium, aut ipsa Ecclesiæ facie celebrari
102 debent, *can.* 1. *q.* 5. *c. XXX.* ita & Pares curiæ in investitura feudi necessariò requiruntur præsentes minimùm duo, *2. feud. 2. pr. 1. feud. 58. §. 1.* qui tanquam Paranymphi, & testes actui huic assistant, cùm sine legitima testificatione vis investituræ
103 nulla sit, *2. feud.* 32. Et, sicùt ampliùs juris morisque, uti, qui in aliâ provincia solennibus conjugii se usos profitentur, testimonium Parochi exhibere cogantur, müssen ihren Trau-Brieff auffweisen / conf. Carpzov. *J. pr. Consist. lib. 2. tit. 8.*
104 *def.* 142. *n.* 19. ita jur. feudali notum est *breve testatum*, *1 feud. 3. 1. feud. 4. pr. & alibi*, quod *Feudistis est instrumentum super investitura confectum*, German. Lehn-Brieff / Hubert, Gyph. *tr. de Jure feudor. c.* 10. *n.* 3. 4. conf. huc *Cap. illud X. de præsumt.*
105 Ubi tamen monendum est, hodiernò usu ipsam Parium, vel aliorum præsentiam esse remissam, & sufficere breve testatum Domini confessione, & sigillô absque testibus confirmatum, vel attestatum Cancellariæ feudalis, *Dn.* Stryk. *Ex. J. feud. c.* 11. *q.* 16.

106 XII. Jam ad ipsam Conjugii Feudalitii animam seu formam internam penetramus, quæ præcipuè consistit in fide seu fidelitate invicem danda, & præstanda *2. feud. 5. 2. feud. 6.* cum enim & aliàs *matrimonii fides vitæ æquiparetur*, Grot. *de J. B. & P. lib. 1. c. 2. th 5. n. 7.* certè Conjugium Domini cum Vasallo sine fide cessat, atque expirat instar *unguenti, quod ideò res*
107 *mortua appellatur*, *l. 7. pr. ff. de donat. intr. V. & Uxor.* Ipsaque *feudi* etymologia hoc satis superque confirmat, deducitur namque à *fidelitate* vel *fide*, *2. feud. 3 in fin. Dn.* Maurit. *Position. Controv. J. feud. decad.* 1. *posit.* 1. quæ Longobardis & Italis di-
108 citur *Fede*, Vultej. *de feud. lib.* 1. *c.* 1, *n.* 2. Quamobrem & Vasalli

salli vocantur *Fideles*, 1.*feud.* 1.§.1. & 2. 1. *feud.* 4. §. *penult.* 1. *feud.* 5. *pr.* 1. *feud.* 10. *&c.* Adeò ut termini *feudum*, *fi-* 109
des, & *fidelis* meritò judicentur esse de illis, qui dicuntur *πρὸς ἓν ἢ ἀφ' ἑνός*. Cui illustrando saltem facit, quod Bodinus *de Republ.lib.1.c.9.pr.* vocabulum feudum ex literis initialibus juramenti fidelitatis vult collectum: Fidelis Ero Domino Vero Meo, conf. *2.feud.7.* Mantissæ loco hîc addo *c.13.in med. X. qui filii sint legitimi*, ubi *fides tori* dicitur *esse unum de tribus bonis Conjugii*; conf. *c.10.c.27.q.2.*

XIII. Est igitur *Fidelitas* quasi *Annulus Pronubus* seu *con-* 110
nubialis, Der Trauring/ quò Conjugium Domini cum Vasallo initiatur, & consummatur; proinde à feudo nulla ratione abesse potest. Equidem, Wenceslaum Imperatorem 111
ob quatuor cupas Vini Bacherani Norimbergensibus fidelitatem remisisse historiæ loquuntur, vid. Sprenger. *J. J. publ. lib.3.C.8.& C.33.n.3.* ubi oblatione unius cupæ umb ein Fuder Bacheracher Wein hoc contigisse, idem Auctor est; Verùm *non spectandum, quid factum sit Romæ, sed quid fieri debeat*, *l. 12.ff.de offic. Præsid.* Nam & Carol. IV. unius prandii gratia 112
propè civitatem Avignon integrum regnum Arelatense in Regem Galliæ transtulit, Spreng. *J. J. publ.lib.2.c.26.p.m.265. & lib.3.c.2.pr.* Servitiorum feudalium aut determinatè aut pe- 113
nitùs remissionem fieri posse, ambabus largior manibus; non enim spectant hæc ad feudi substantialia, sed tantùm ad naturalia; quæ ex voluntate contrahentium mutationi sunt obnoxia, *Andr.* Kohl. *de Servit. Feud.part.4.n.90.* Unde *feu-* 114
dum Francum ein Frey-Lehn dictum, quod *ita conceditur, ut nulla inde servitia præstentur*, *Dn.* Struv. *synt.j.feud.c.4.th.9.* Licet aliàs jure feudali *debita* servitia vocitentur, *2.feud.55.* 115
pr. Nam & Conjuges aliquando non malè paciscuntur, ne de- 116
bitum conjugale sibi invicem præstent, *1. Cor. VII. 5.* Famosò hîc se exhibet exemplô Conjugium *Henrici II.* Imperat. &

Kunigunda, quos monumentum Bambergense, quod inde vi-
dere licet, *Virgineos Conjuges* nominat, conf. *Dn. Joh. Christ.*
Becmann. *Polit. parall. c. 7. th. 5.* in fin. ubi profert Moralista-
rum aliquam distinctionem, quâ alia est obligatio ad copu-
lam radicalis, alia actualis, sicque existimat, tale conjugium
118 subsistere potuisse. Et dicit Ulpianus, *scire se de Consularibus*
personis, quod mulier & maritus diu seorsim habitaverint: sed
honorem invicem matrimonii retinuerint, l. 32. §. 13. ff. de donat.
119 *inter V. & Ux.* Attamen votum perpetuæ continentiæ inter
Conjuges nec suadendum, nec præcipiendum vult *Ludov.*
Dunte *in Cas. Consc. c. 19. q. 9.* Conf. *Joh. Adam.* Osiand. *Obser-*
vat. in Hugon. Grot lib. 2. c. 5. th. 9. observ. 1.
120 XIV. Prætereà etiam in feudo circa modum fidelitatis
promittendæ aliquid licitè remittitur; nempe ne præcisè ju-
rata sit, vel ne fidelitatis nomine jusjurandum præstetur, *2.*
feud. 3. in fin. Unde alius dicitur esse *Vasallus per sacramentum*,
alius non, *2 feud. 47.* estque distinctio *fidelitatis in sacram, &*
121 *non sacram*, it. *feudi injurabile* & *non-jurabile*, vid. Eyben. *E-*
lect. J. feud. c. 11. §. 10. Ne autem ipsa fides vel fidelitas præstetur,
hujus nulla vis est pactionis, quia tale pactum feudi substanti-
am immutat, atque ad delinquendum invitat, Hattys. *Anal.*
122 *J. feud. c. 2. lit. a. & c. 9. lit. a.* Sicut & nullô robore ni-
titur conventio, ne Vasallus cadat feudô propter feloniam,
quod enim directè fieri prohibetur, id nec per indirectum
fieri permittitur, Hattys. *c. 3. lit. b.* seu quod prohibetur unâ
123 viâ, nec admittitur aliâ, *c. 84. de R. J. in 6.* Modò leviter secum
perpendens mox intelligit, illicitam, & non sine lenocinii
suspicione esse inter Conjuges conventionem seu tacitam seu
expressam, de fide conjugali non adeò strictè servanda, sed
datâ invicem libertate citra conjugii violationem pere-
124 grinos promiscuè amores sectandi. De permutatione
& commodatione Uxorum multis olim gentibus rece-

pta, vid. *Henning*. Arnisæus *de Jure Connub. c. 6. sect. 1.* de Uxore amicis communi conf. *C. 2. Q. 12. Q. 1.* sed hem quàm summè hîc opus est PALEA!

XV. Erronea, & tantùm non periculosa opinio multorum animos invasit, majus castitatis studium requiri in femina quàm in masculo, *per l. 5. C. ad SCt. Orfician.* conf. *inf. Cap. ult. th. XI.* Certè quidem ob defectum virginitatis sponsæ, non verò sponsi matrimonium rescindi, permittitur, *Paul.* Cypr. *de Sponsal. c. 13. §. 57.* Hîc tantùm facio meum, quod Cap. 12. X. de pænit. meminit *utriusq; sexûs Fidelium*; qua propter jam de nexu vel fide inter Dominum & Vasallum mutua seu reciproca quædam delibabimus. Namque finis & effectus feudi idem ferè est, qui ceterorum contractuum, in quibus mutuum contrahitur συνάλλαγμα, seu obligatio ultro citroque efficax, Hattys. *Anal J. feud. c. 10.* Hinc dicitur eleganter, quod *Dominus in omnibus vicem Fideli suo reddere debeat, 2. feud. 6. in fin.* secundùm illud Germanor. getreuer Herr/getreuer Knecht / *Godofr.* Ant. *disp. Feud. 7. th. 1. lit. b.* Rittersh. *partit. feud. lib. 1. c. 10. q. 12.* & *lib. 2. c. 4. q. 1.* Eyben. *Elect. J. feud. c. 11. §. 9.* Atque hæc est causa αὐτοτάτη quamobrem Vasallus Dominum in CONJUGEM vel amicum habere existimetur, *2. feud. 58. pr.* scil. ut amor utrinque reciprocus, & commune fidei vinculum denotetur, Gothofr. *ad 2. feud. 6.* in fin. *Dn.* Struv. *Synt. J. feud. c. 2. th. 5.* Uti enim *Conjuges non solum exigere debitum conjugale; sed & vicissim solvere tenentur, c. Tuæ fraternitatis. 10. X. de eo qui cogn. consang. Alter* enim *alterius auxiliò eget, & unò semotò, & alterum corrumpitur, l. 14. C. de legitim. hered.* ita lex vicissitudinis & paritatis inter Dominum & Vasallum idem introduxit, *2. feud. 6. §. 7. vers. Domino.* & *2. feud. 47.* qui textus *mutuum adjutorium* in Conjugio Feudalitio egregiè stabiliunt, conf. *2. feud. 26. §. 7. vers. licet.* O! fortunatum, felixque Conjugium, ubi *duo æquâ charitate conjuncti, l. 10. pr. ff. de reb. dub.*

125 126 127 128 129 130 131

ubi ter *Felicisſimus*, & *Feliciſsima*, *l.* 41.§.*3. de leg.3.* O! æquale *Nuptiale Jugum*, *l.*10.*pr ff.de condit.& demonſtr.* ubi *Jugales* hoc
132 eſt, Conjuges *2.feud.104.*§.*2.* pariter jugum ferunt, O! æquale *mutui amoris vinculum*, *l.1.ff.de donat.intr.V.& Ux.* Eccui non volupe ſit hic mecum perſcrutari ſcrinium *Dn.* Eybenii? qui *formam feudi* admodùm concinnè atque eruditisſimè deſcribit; eſſe *unionem ſeu mixturam quandam habitudinum illarum, & qualitatum moralium, ex quibus cùm jura in re, directi & utilis dominii, tum jura ad rem vel perſonam Vaſalli & Senioris, iisq; reſpondentes obligationes de mutua fide, atq; eò ſpectantibus officiis, intercedente re feudali effloreſcunt;* aut eſſe illam *in omnium horum invicem combinatorum & unitorum præſentia.*
133 Hæc *Ille in Elect.J feud.c 11.*§.*4.* in fin. Idcirco perpetua quoad fidem inter Dominùm & Vaſallum eſt relatio, ac *neuter ſine altero priùs poſteriusvè oritur, vivit aut moritur,* Idem *d.l.* §. *9.* vid.tamen §. *V. ſuprà h. Cap.*
134 XVI. Quando verò ſæpiùs recordamur præcipuarum Mariti præ Uxore partium; & obligationis Dominum inter atque Vaſallum diſcrimina quædam eſſe, minimè obliviſcimur. Vaſallus enim Domino principaliter obligatur, eique fidelitatem pollicetur; Dominus hanc Vaſallo per conſequentiam
135 iterùm exhibet, Roſenth. *de feud. c.1. concl. 2.n.9.* Nunquam verò ejus causâ Vaſallo viciſſim jusjurandum præſtat, *Joan. Thom.*de Marinis *Tr.de feud.tit.15.n.18.* Roſenth.*c.6.concl.ult.* in
136 fin. Majorem enim fiduciam jus habet de Domino, quod in fide manſurus ſit, quàm de Vaſallo; tum *quia, ſi Vaſallus vellet Dominum quoq; adigere ad jusjurandum, videretur velle in dubium vocare ipſius fidem, & metuere ab eo perfidiam, quod eſſet contrarium reverentiæ ipſi debitæ,* Rittersh.*part.feud.lib.2.*
137 *c.4.q.1.* in med. Quæ eadem eſt ratio, quamobrem pro conſervanda vel reſtituenda dote Maritus haud tenetur dare fidejuſſorem, *to. tit. C. ne fidejus. dot. dentur.* ipſi autem pro dote ſolven-

ven-

venda à socero conceditur fidejussoris exactio, conf. Bachov. *adTreutl.Vol.2.disp.7.th.4.* De cetero quidem etiam Dominum 138
ad eadem illa sex capita Vasallo *2.feud.6.& in c.*18.*c.* 22.*q.5.* præscripta; nempe *incolume*, *tutum*, *honestum*, *utile*, *facile*, *possibile* teneri, disertò probatur. Veruntamen generalis nimi- 139
um hæc doctrina non immeritò videtur *Dn.* Eybenio *Elect. J. Feud. c.*11. §. 10. cùm multas in Domino admittat fallentias, Rosenth. *c.8. concl.*1. *lit.c.* quod plures dentur casus, ubi Dominus & Vasallus ad paria non judicantur; sed *melioris conditionis Dominus censetur*, Gothofr. *ad 2.feud.33.lit. X. non* aliter atque *in multis causis deterior, conditio feminarum quàm masculorum habetur, l.9.ff. de statu homin.* Hocque tunc est evidentius, 140
quando Dominus feudi non est simplex, sed respectus subjectionis concurrit. Ideoque *D.* Vultejus de mutua Domini fi- 141
de agenti duobus eam securitatis & defensionis capitibus includendò, *tr.de feud.c.*10.*n.*47. plenè astipulatur sæpe laudatus *Dn.* Eybenius *d.l.* ac saltem reverentiæ atque obsequii vinculis Dominum putat eximendum; adeò ut Domino vel *Seniori* tantùm *reverentia* debeatur, *2.feud.* 22. Namque & hoc est 142
καθῆκον Uxoris erga Maritum, cui *receptam reverentiam* monet *exhibendam* Ulpian, *l.*14. *in fin.soluto matrim.* conf. *l. un.* §. *7.C.de re Ux.* Idemque vult tenor edicti Regii, *Esth. I. vers.*20. Daß alle Weiber ihre Männer in Ehren halten. Non ob- 143
stante, quod ipse Justinianus & Conjugem suam vocet *Augustam Venerabilem* §.*ult. I. de usucap. Reginam suam*, *l.26.C. de donat.intr.V.& Ux.& Reverendissimam*, *Nov.8.c.*1. Solent e- 144
nim & moribus hodiernis ex mera civilitate Mariti Uxoribus honorem præcedentiæ in sedendo vel eundo concedere, quod defendit *Barthol.* Chassan. *Catal.glor. mundi part. 2. Considerat.*37.

XVII. Brevibus; communi Feudistarum calculò pro- 145
batur, laxiorem esse Domini obligationem erga Vasallum

 quàm

146 quàm Vasalli erga Dominum, Eyben.*d.c.*11. §. 10. Quæ omnia
jam jam exposita hoc innituntur fundamentô, quod ipsa feu-
di propietas, & Dominium directum, seu superius, principale,
das mehrere, Grund/und Ober Eigenthum/ maneat penes
147 Dominum; contrà inferius, secundarium, (quod communi-
ter utile vocatur) das Mindere/ nutzbare / und nieder Ei-
genthum / Vasallus consequatur, *Dn.* Eyben. *Elect. J. feud.*
148 *c.*11. §.*6.* Ubi tamen cavendum est, ne nimiùm abjectè de Va-
sallo sentiamus, nudum ac simplicem usufructuarium eum ap-
149 pellando. Quippe & is titulô Domini certô respectu jure ho-
150 noratur, Eyben *d.c.*11.*n.*7. Non aliter atque *societas vitæ & U-
xorem quodammodo Dominam facit*, *l.*1.*ff. de act. rer. amot.* nec
aliàs in LL. peregrinum, *Feminas* etiam in comparatione ad
Maritum *Dominas* appellari, *l.38.§.4.ff. de leg.3.* *l.* 19. *§.* 1. *de
annuis leg.* imò ab ipso Marito, *l. ult.* *§.* 1. *de auro arg.* & Titia
omnia pro Domina egisse perhibetur, *l. Titia.* 48. *ff. de
solut.* De *Uxore Domina & Magistra* vid. Gothofr. *ad L.*17.*lit p.*
151 *ff. de pecul.* ex jure feud. conf. 1. *feud.* 5. *pr.* Atque de antiqua
pompa nuptiali apud Romanos fuit, ut Mulier in limine do-
mûs Mariti diceret: *ubi tu Cajus, ego Caja &c. ubi tu Domi-
nus & familiæ Princeps, ego quoq; Domina & Hera &c. Ant.* Hot-
152 toman. *de Vet. rit. nupt. c.*16.*&* 23. Quamvis Dominatum istum
non debere extendi ultra colum, pensum, & fusum, Gail. *lib.*2.
observ. 144. *n.*3. admoneat.

153 XVIII. Exemplum obligationis feudalitiæ qui deside-
rat, taciturnitatem statuat sibi ante oculos, virtutem tantò
magis in feminis commendandam, quò *ægriùs solent celare,*
154 *nisi quod solent ignorare*, Rosenth. *c. 8. concl.*31. *lit. b.* Vasallus
autem *credentiam sibi commissam manifestare* 1. *feud.*17. vel *se-
creta pandere* 2. *feud.* 7. vers, *Etsi aliquid.* atque ita *Domino in
damno esse de secreto suo* 2. *feud.* 6. prohibetur, ejus *Intima nu-
dando, & secreta negotii aperiendo*, uti loquitur *l.3.§.1.ff. de
recept.*

recept. Quantum mali afferat, matrimonii & aliàs reticenda 155
publicare, testificantur exempla Regis Lydorum Candaulis ap. *Justin. Histor. lib.* 1. *c.* 7. & Amicæ Samsonis *Delilæ*, welcher Er sein gantzes Hertz hatte offenbahret / ut ajunt Sacra Biblia, *Judic. XVI.* ipsa tamen plena rimarum, ut cum Comico loquar, hac atque illac perfluebat.

XIX. E summis ac maximis est, quod Vasallus etiam 156
contra fratrem, filium & parentem Domino servire, atque auxilium ferre jubeatur, 2. *feud.* 28. §. *fin.* Rationem dicit *Glossa* 2 *feud.* 6. quia *Vasallus liberis, & Parenti tenetur vinculò natu-* 157
rali, sed Domino vinculò juramenti, quod est fortius, cum juret per Deum; quod ex ordine diligendorum ampliùs deductum vid. ap. *Andr.* ab Isern. *in d.* §. *fin.* 2. *f.* 28. Cui addatur tantùm *l.* 158
1. §. 15. in fin *ff. de ventre in posses. mitt. non solùm Parenti, sed & Reipubl. natos nos videri.* Cujacius quidem *lib.* 4. *f. tit.* 31. 159
verba illa *& patrem* delenda monet; sed in eam sententiam ire recusat Hotomann. *ad d.* § *fin.* Nec sufficiens est ratio ob- 160
sequii & honoris naturalis, quâ Hattyserus *Anal. j. f. c.* 10. *lit. c.* defensionem contra parentem improbat, contra fratrem verò & filium Vasallo incumbere arguit; Oppono enim rationem naturalis dilectionis & amoris, qui magis descendere, quàm ascendere putatur, vid. *Disput. Inaugur. de Succesfione Claudicante inter Parent. & lib. cap. V.* Tutius ergò à communi 161
Feudistarum affirmativa non receditur. Ludvv. *Synops. j. f. c.* 14. *p.* 294. Licet hoc casu excusetur Vasallus per substitutum servitia præstans, Kohl. *de servit. f. p.* 3. *n.* 11. Et profectò cautè hic monet *Magnif. Dn.* Maurit. *posit. controv. j. f. decad.* 11. *posit.* 8. cum quæstione hac non confundendam esse alteram: quomodo, & quatenus Vasallus Dominum adjuvare contra Patrem debeat? Huic autem bene consonum est, quod aliàs de 162
vinculo Conjugii ipsius nostri Salvatoris extat effatum ex versione B. Lutheri; Es wird der Mensch seinen Vater und

Mut-

tus sit, *Dn.* Stryk. *Ex. J.f.c. 8. q.* 11. De *Feudo Dotali* & *Parapher-* 170
nali, ùt vocant, pluribus vid. Rosenth. *c.* 10. *concl.* 5. item
de Vasallo dotali, c.8.concl.13.n.4.& concl. 19. *n.* 7. Res aliena in 171
feudum, *2.f.8.pr.* & in dotem dari potest, *l. 6.* §. 1. *& l.* 18. *ff. de
jure dotium.* De re aliena in feudum concessa textus ad unum
omnes consuli possunt beneficiô *Concordant. J. feud.* Magnif.
Dn. Lynckeri, sub. Voc. *alienare.* Res communis in dotem
rectè datur, *l.* 16. *C. de jure dot. ergò etiam in feudum concedi
potest, Dn.* Stryk. *Ex. J.f.C.8.q.* 10.

XXI. Dotis constitutionem fieri ad sustinenda onera 172
matrimonii constat, *l. Dotis fructum. 7. ff. de jure dot.* Et ob 173
commodiorem servitiorum præstationem Vasallus fructus
reditusque feudi percipit; nam si feudum sit exiguum, ut fru-
ctus sumtibus servitiorum faciendis non sufficiant, Domi-
nus ipse hos suppeditare tenetur, licet aliunde bona habeat
Vasallus, Kohl. *de Servit. feud. p.6.n.* 12. Similiter atque qui 174
lucrô dotis non fruitur, nec matrimonii onera sufferre cogi-
tur, *l. Pro oneribus.20.C.de jure dot.* Nemo verò, arbitror, vitio 175
vertet, quod hîc scenã cum personis quodammodo mutatam
videre sit. *Nempe* in hoc & sequenti aphorismo, nec non alibi
semel iterumq; Maritus confertur cum Vasallo, qui dudum ta-
men gynæconitide inclusus Uxoris vicem præstare debet. Ut
hinc objici forte possit Terentianũ illud: *contaminari non dece-
re fabulas.* Sed hisce in casibus velim respectus magis habeatur 176
rerum quàm personarum; cùm & aliàs rebus ipsis potius jura
sint scripta, *l.2.in fin. C. comm. de legat.* sicque in negotiis defi-
niendis magis natura & substantia rei, de qua quæritur, at-
tendenda, quàm rei appellatio, *arg. l.67. de R. J.* Peregendum
igitur est, contemtô τῶν μικρολογιῶν in verbis strepitu.

XXII. Rei dotalis dominium transfertur, & competit 177
Marito ejus vindicatio, *l.9.C. de R.V.* etiam contra ipsam U-
xorem, *l.24.ff. de act. rer. amot.* Atque Vasallus vigore domi-

nii utilis, quod in feudo habet, actionem pariter realem instituere, *2.f.8.§. Rei.* & ab ipso etiam Domino feudum vindica-
179 re potest, *Gothofr.* Anton. *Disp.feud.13.th.3.lit.c.* Tum *ut Vasallus est quasi Dominus, & omnes fructus ex re Feudali percipit; sic & Maritus in re Dotali, Conrad.* Rittersh. *part feud. lib.1.c.2.q.6.* Omnia enim dotis acquisita ad Maritum spectant, vid. Wehn.
180 *voc.* Errungenschafft. Et omnia feudi augmenta, melioramenta & emponemata Vasallus retinet, quia fructus feudales sunt allodiales, Ludvvel, *Synops. J.f.c.17.p.364.* Sicque consentur jure bonorum hereditariorum, & acquisitorum, Erb
181 und Errungene Güter / Eyben, *Elect. J.f.c.7.§.7.* Pertinent & huc *arbores gremiales*, quarum mentio in *l.7.§.12 ff. solut. matrim.* Ubi de singulari *arbore gremiali* tanquàm Matrimonii fructu conf. Justin. *Histor.lib.1.c.4.*

182 XXIII. Non compensantur cum fructibus tam ex feudo quàm dote perceptis impensæ, quæ ad perpetuam rei feudalis, & dotalis utilitatem pertinent, *l.1.5.& 15.ff. de impens. in res dotal. Ludolph* Schrader. *de feud.part.2.part. princ.9.sect.2.n.29.* quod aliàs obtinet in b. f. possessoribus, *l. Sumtus. 48.ff.de R. V.* Argumentò hoc impensarum dotis ad impensas feudi uti-
183 tur etiam Hotomannus *ad 2 feud.28.§.3.lit.c.* Aliud verò dicendum est de sumtibus, quæ spectant commodum præsentis anni, ubi locus est compensationi, uti hìc iterùm à fundo dotali ad feudum concludit *Andr.* ab Isernia ad *d.text.feud.n.17.*

184 XXIV. Ut inter Virum & Uxorem, solutô matrimoniô per divortium, sæpe quæri solet de fructibus dotis, quomodò sint dividendi; sic etiam extinctô feudô, verba sunt Rittersh. *in partit feud lib.1.c.2.q.6.* sæpe oritur controversia inter heredes Vasalli & Dominum, quemadmodùm fructus nondum
185 percepti dividantur. Fructus verò pendentes illius anni, quô decessit Vasallus, pertinent ad heredes allodiales, si post Calendas Martii ante Calend, Aug. obiit, *2.feud.28. §.bis consequen-*

sequenter. Nec obstat, quod in ipso textu moneatur; *secun-* 186
dùm quosdam omnes pendentes fructus ad Dominum pertinere, quocunq; tempore anni decedat Vasallus; cui sententiæ posteriori etiam nonnulli adhærere malunt, siquidem fructus pendentes sint pars rei, *l.44 ff.de Rei vind.* Eleganti autem feudi cum 187
dote collatione respondet Rosenthalius: fructus hîc non ùt accessorium, seu ad feudum esse considerandos, sed ad jus possessoris, quomodò nempe Vasallo, cui rei onera hactenus incubuerunt, ùt feudi servitia, debeantur; sicùt & prædii dotalis fructus tempore, quo matrimonium solvitur, pendentes tamen rem non sequuntur, sed pro rata temporis dividuntur, nam & *matrimonii onera eò usq; durarunt, Rosenthal.c.10. concl.42.n.36.37.* Planè quando Alexander in *l.7.§.Papinia-* 188
nus.ff.solut. matrim. ejusque insistens vestigiis Cujacius *comment.in feud. lib.4.tit.30.* volunt simpliciter pro rata temporis seu partis anni, quô feudum commissum, atq; apertum est, fructus præstandos esse Vasallo, ejusve heredi, reliquum restituendum Domino, sive fructus sint pendentes, sive à solo separati, ac percepti tempore amissi feudi; ductô pro hac opinione argumentô ab exemplo Mariti & Uxoris solutô matrimoniò dividentium fructus fundi dotalis pro rata temporis, quô matrimonium consistit, huic non satis tutò adhæreri, sed claro textui *2.f.28.§.bis consequenter,* id ipsum adversari, docet *Dn.* Rittersh. *partit.f. lib.2.c.6.q.34.* propè fin. De collectione 189
juris feudi ad jus matrimonii exemplum in simili vid. apud *Dn.* Stryk. *in Exercit. de Feudis Pomeran. c.5.n.*12.

XXV. Porrò nequit Vasallus feudum oppignorare, *pro* 190
anima judicare, 2.feud. 55.pr. (h.e. Ecclesiæ addicere, vel testamentô legare sub conditione precationum, quæ pro Domini propria vel aliorum anima fieri debeant, Hotomann. *de Verb.feud.* voc. *judicare.* seu de eo testari ad pias causas, Gothofr, *ad 2.f.9.§.donare. Judicare* enim hîc idem significat,

quod *testari*; quemadmodùm aliàs & testamentum, vel ultima defuncti voluntas appellatur *Judicium*, Bitsch. *ad text.2 f.9. §. Donare.*) ubi *nec in una candela pro anima valere dispositionem*, dicunt; *vid. Marin.* Frecciæ *comment feud. lib.3. summ.5. n.4.* aut quocunque modò alienare *sine permissione illius Domini, ad quem feudum spectare dignoscitur, cap. Imperialem. de pro-*
191 *hibita feudi alienat. 2. feud. 55.* Prædium quoque dotale invitâ olim muliere per legem Juliam prohibebatur alienari, atque etiam consentiente eadem, obligari; quod posteà eò extendit Justinianus, ut neutrum, neque alienatio neque obligatio consentientibus etiam mulieribus procederet, pr. *J. quib. a-*
192 *lien. lic. vel non. Conf. t. t. ff. & C. de fundo dotali.* Ut tamen eatenus adhuc liberior feudi sit conditio, utpote quod, Domini consensu legitimè imploratô, licitè alienatur. Rosenthal.
193 *c. 9. concl.*28. *n.* 2. Agnatis consentientibus, feudum antiquum
194 non retrahitur, nec revocatur, Rosenthal. *d. l. n.3. 4.* Atque feudi obligatio expressô Domini & agnatorum consensu munita valida habetur, *Dn.* Struv. *Synt. J. f. c.13. th. 7.*

165 XXVI. Ampliùs rei in dotem datæ alienæ præstanda est evictio, *l. 34. ff. de jure Dot.* Et rei alienæ in feudum collatæ
196 pariter, 2. *feud. 8. pr.* Ubi *ad cambium feudi* Dominus tenetur, proùt loquitur jus feudale, 2. *feud.* 25. hoc est ad aliud
197 feudum ejusdem bonitatis. Modò utrobique accipiens rei alienæ scientiam non habuerit, *d. text.* conf. *l. 13. C. de jure dot.*

198 XXVII. Quemadmodum dos nunquam reverà & corporaliter illata, sed, ùt sæpius fit, *inaniter dotalium instrumentorum tenore conscripta, l.9. pr. C. de bonis proscript.* inducitur per præscriptionem ob negligentiam Mariti, statutô in jure tempore eam non exigentis, *autb. Quod locum. C. de dot. caut.*
199 *non numer.* Sic quoque præscriptione feudum constituitur tam ratione Vasalli, si is rem aliquam alienam per 30. annos pos-

posſederit ùt feudalem, & ſervitium alteri tanquàm Domino exhibuerit, 2.*feud.*26.§.*ſi quis per 30.* quàm ratione Domini, qui per tanti temporis lapſum nomine certi prædii allodialis ſervitia acceptavit; ita enim domininm directum ſibi acquirit, & verum prædii dominum Vaſallum nanciſcitur, quod ex natura correlativorum palam eſt, Hattys. *Anal.J.f.c.7.lit.g.* Ludvv.*ſynopſ.j.f p.176.* Non minùs curioſum; quàm loco huic 200
congruum obſervatur, quod ex *Jurè Danic. lib.1.c.27.* teſtatur *Dn* Roſenkranz. *de Jure Danic.poſit.5.* ſiquis in domo ſua habeat concubinam, ejusque conſuetudine palàm utatur, claves illi committat, & in communi victu per triennium 201
cum illa ſit, hoc elapſo eandem justæ Uxoris vicem conſequi. Imò & olim Uxor, quæ uſu tantùm habebatur, *ex LL. XII. Tab.l.6.de uſucap.* poſt annum erat uſucapta, & verè Uxor ſeu Mater familiâs fiebat, inque Mariti manum venire dicebatur, ſi intra annum illum uſus ab Uxore trinoctiò non interruptus, conſ. *Anton.* Hotomann.*de.Veter.ritu nupt.c.*22.

XXVIII. Demum quæritur an feudum amisſum vel fini- 202
tum in eodem ſtatu & qualitate quoad omnia, uti datum eſt, reſtituendu ſit? videbaturque dicendum, quod ſufficiat, ſi reſtituatur in illo ſtatu, in quo reperitur eò tempore, quô eſt finitum, præſertim ſi conditio feudi absque dolo vel culpà Vaſalli facta fuerit deterior, *Dn.*Schrader.*part.2.part.princ.9.ſect.5.n.1. Nam* dicit ipſe ibid. *n.9.res dotales non æſtimatæ periculò* 203
*mulieris ſeu Uxoris deteriores fiunt, l. 10.pr.ff. de j. dot. & n.*10. *Maritus ſolutò matrimoniò non tenetur bona paraphernalia re-* 204
ſtituere in eodem ſtatu, ſed ſufficit, ſi illa reſtituat talia, qualia nunc reperiuntur, quantumvis attrita. Sed utique ædificia 205
Vaſallus ſarta tecta habere, & caſu etiam fortuitò deſtructa reſtaurare debet; quod ſi non fecerit, tenetur Domino ad emendationem damni illius, quod feudo contigit propter negligentiam in non reficiendo, *quia*, inquit iterùm Schrade-

 rus,

rus *part.2.part.princ.9.sect.5.n.23.etiam Maritus in fundo dotali ad hanc refectionem, seu restaurationem tenetur*, arg. *l.1. juncta l.4.ff.de impens. in res dotal.* Sufficiant hæc de comparatione feudi cum dote, ùt selectiora.

206 XXIX. Pinguiora qui desiderat, thesaurum capiat, qui in prædio dotali inventus, pro parte dimidia est restituendus
207 Uxori, *l.7.§.12.in fin.ff.solutô matrim.* Atque idem de invento à Vasallo in fundo feudali, ut pro dimidia restituatur Domino,
208 verius videtur *Dn.* Ludvv. *synops.J.f.c.15.p.302.* Sic augmentum dotis, quando Maritus in Pomerania doti acceptæ dimidiam ejus partem addit, (Germ. die Verbesserung) ipsam dotem sequitur, *Dn.* Mev. *p. 2. Decis.228.n.4.* conf. *& l. 8. C. de*
209 *jure dot.* Quod idem de incrementis, quæ ex facto Vasalli proveniunt æstimandum, scil. si is prædium aliquod allodiale & proprium feudali adjecerit, vel ædificium imposuerit, illud feudo accedit, & de eo tanquàm feudi parte disponendum est, *2.feud.28.§.3.* Ludvv. *syn.J.f.c.15.p.303.* Rittersh. *part.feud.*
210 *c.2.q.7.* Nonnunquam etiam expressè agi solet, ut prædium fortè per alluvionem feudo adjectum, & ipsi feudo uniatur, & feudale efficiatur, cujusmodi conventio dicitur *Conforta-*
211 *tio feudi*, Ludvv. *Synops.J.feud. d. l.* Pro filiabus & viduis non parùm pingue & opimum jus est, quando ipsis dotalitium, dos & alimenta moribus Germaniæ ubique ferè ex feudo debentur, *Dn.* Mev. *p.3.decis.367.n.2. & alibi.*

212 XXX. Quoniam in controversiis feudalibus eô ordine proceditur, ut ante omnia *literæ investiturarum* inspiciantur, *2.feud.12.* Hasce æquiparo *pactis dotalibus*, quæ inter Conjuges ratione dotis imprimis sunt attendenda, conf. *t.t.ff. & C. de pact. dotal.* Investituræ enim tenor. derogat naturæ feuda-
213 li, *2.feud.18.& 48.* Namque hinc aliud dicitur *feudum ex pacto & providentia*, *Dn.* Struv. *c. 4.th.12.n.1.* aliud *mixtum*, idem. *th.13.n.3.* aliud feudum *merè hereditarium*, Wurmser. *de*

Feud.

Feud. Improp. clas. 3. sect. 5 n. 30. Imò hinc fit, ut & novum feudam jure veteris concedi possit, *Sigism.* Finkelth. *Feudal. Controv. disp. 2. th. 15.* Quæ aliaque plura πρὸς τὸ σκελετὸν examinare velle, ultra propositi terminos foret. 214

XXXI. Nondum tamen meum mihi absolvisse pensum 215
videor; itaque effectus adhuc aliquot Conjugii Feudalitii insigniores pervestigabo. Nempe etiam Clerici Vasalli jure feudali obligantur, & licet aliàs à seculari jurisd. exempti sint, coram Domino feudi Laico rectè conveniuntur, Ludvv. *Synops. J. feud. c. 1. p. 15. & c. 6. p. 125.* quod & ipsum Jus Can. approbat, *c. Ex transmissa. 6. X. de Foro Compet.* conf. *Baro à Tautenberg Tr. de feud. lib. 2. tit. 20. n. 16.* Namque Uxor forum & do- 216
micilium Mariti sequitur, *l. Exigere. 65. ff. de judic.* illiusque loci jure censetur, ubi Maritus originem, & incolatum habet, *l. un. C. de mulieribus, in quo loco.* Unde sicùt inter Conju- 217
ges est jurium communicatio, *l. 1. ff. de ritu nupt.* & ideò Uxor honore & nobilitate Mariti splendescit, *L. feminæ. 8. de Senator. l. mulieres. ult. C. de incol. l. 3. C. de natur. liber.* Conf. *Dn.* à Rhez. *Inst. J. publ. lib. 1. tit. 21. §. 3. seqq.* Quæritur annon & Civi- 218
cus, vel rusticus de feudo nobili investitus Nobilis evadat? & vulgò conveniunt Dd. ex tacita voluntate Infeudantis simul nobilitatis insignia consequi Vasallum, Rosenth. *c. 2. concl. 2. n. 2.* modò concedens feudum talis sit persona, quæ jus nobilitandi habeat, *ibid. n. 9.* Servus quoque tacite libertatem acce- 219
pisse videtur, si à proprio Domino feudum capiat, *Franc.* Sonsbec. *tr. de f. part. 7 n. 22.* Ludvv. *synops. c. 6. p. 121.* nec non si ab alieno teneat facta feudi in concessione ipsius servi contemplationem; si tantùm hoc sciverit verus Dominus, eumq; servum suum investiri passus sit, *Andr.* ab Isern. *in c. investitura. §. 1.* vers. *personam. 2. feud. 3.* Qui rursus utitur simili, quod scopo nostro 220
apprimè conducit, scilicet uti Dominus nuptiis libertæ consentiens, vel ducens eam in Uxorem dignitatem ei auget, &

operas

operas remittit, *l.48.ff.l.8.& l.11.§.1.C.de Oper. libert.* Confer Liparulum *in addit.ad d.Auct.2.feud.3.n.14.lit.q.* Eadem comparatione utentem vid. *Matth.de Afflict.* ad *d.c. 2.feud.3.* vers.
221 *personam.n.2.* Ceterùm eò modò, quò Dominus servum suum investit in *l.25.ff. de pecul.* is libertatem minimè adipiscitur.

222 XXXII. Notam meretur præcipuam, quod in *c. Notandum est. De Notis feudorum.2.feud.58.pr.* velùt insigni asteriscô est conspicuum de *feudis Cameræ & cavenæ*, aut de *Camera* vel *canipa*, ut dicit *Petr.* Revenn. *add.text*, cùm Princeps vel Dominus alicui certos reditus pecuniarios, vel quantitatem fructuum, vini frumentivè singulis annis solvendam in feu-
223 dum concedit. Hotomann. vocat hæc *feuda pecuniaria*, & *pe-*
224 *nuaria* seu annonaria, *comment.ad d.text.* Quorum feudorum natura est, ut non aliter solvantur, nisi cùm sit in Camera vel Cavena, unde solvi commodè possit, sicque Dominus eatenus solùm conveniatur, quatenus facere potest, seu quatenus facultates ejus patiuntur, Hotomann. *d. l. lit. c.* deductô ære alienô, atque retentô tantum, ne egeat, sed secundùm suam conditionem honestè possit vivere, Rosenth. *c.2.concl.76. n.1.*
225 Si ergò Camera vel Cavena exhausta sit, expectandum est Vasallo, donec evacuata erit repleta, & exhausta iterùm impinguata, uti loquuntur, seu donec meliores existant Cameræ proventus, & melior aspiret fortuna, Rosenth. *d. concl.76.*
226 *n.4.* Eodem planè modò atque Marito contra Uxorem datur beneficium competentiæ, ut nisi in id quod facere possit, rectè
227 non condemnetur, *l.12.& 14.§.1.ff.soluto matrim.* Quod *est æquissimum & reverentiæ debitum maritali*, *l.un.§.7.C.de rei Ux. act.* sicque matrimonii favore est introductum; hic enim vix ac ne vix permittit, ut alter Conjugum ad saccum & peram usque excutiatur; quò & favore Conjugii Feudalitii rectè collimat ratio *d.2.feud.58.pr.* in fin: *Non enim æquum est, quem seu eum videre egentem, quem priùs* Vasallus *habuit in CONJUGEM.*

Ubi

Ubi inspici meretur *comment. Jacobi* Alvarotti, qui ex Baldo 228
disserit, quod *textus iste loquitur per similitudinem de Marito ad Dominum, Dn.*Conr.Rittersh. *partit. feud. lib. 2. c. 6. q. 9.* in
med. *Caspar.*Bitsch. *comment. in d. text. 4. 5. 6. Notabb.* Idem de 229
feudo soldata judicandum: quando præstatio quædam annua
gratuita certæ pecuniæ vel solidorum, aut alius rei consumtibilis, alicui ad vitam conceditur, *2. feud. 10.* in fin. *Germ.*
Gnaden Gelder/ *Dn.* Stryk. *Ex J. feud. c. 4. q. 55.* An verò & 230
quomodo in aliis feudis textus *2. feud. 58. pr.* locum habeat, ad
eundem vid. *Petr. Ravenn. in fin. d. pr.* Quod si tamen Camera 231
inops vel inidonea reddita sit culpâ vel dolô ipsius Domini
vel Infeudantis, qui baractavit, ùt ajunt Dd. quod erat in apotheca, Camera vel Cavena, nihilominus solvere cogitur.
Cujus rationem itidem inde desumunt Feudistæ, quod & Ma- 232
ritus, si dolô ad inopiam vergit, in solidum condemnetur, *l. 18. §. 1. ff. sol. matrim. l. un. §. 7. C. de rei Uxor.* conf. *Andr.* ab Isern. in *2. feud. 58. pr. n. 1. lit. g. Matth. de Afflict. ibid. n.* 1. in fin.
Hoc ampliùs quæritur; cùm etiam Uxor contra Maritum e- 233
andem habeat exceptionem, ne in solidum teneatur, *l. Ex diverso. 17. §. 1. ff solut. matrim.* An non Vasallus dimidium redi- 234
tûs feudi Domino subministrando se à servitiis liberare possit? quod tutò affirmandum videbatur per *text. 2. feud. 55. §. firmiter.* & vulgò hoc firmiter statuunt, *Udalr.* Zas. *Tr. de feud. p. 7. n. 42.* Schrader. *p. 6. c. 6. n. 56. seqq.* Bidenbach. *cap.* 21. propè
fin. & *Alii.* Verùm quia non fructuum, sed servitiorum causâ 235
feudum confertur, invitô Dominô illud non admittendum,
Kohl. *de servit. feud. p. 6. n. 43.* Quod autem, si reditus feudi non 236
sint tanti, ut servitiorum præstationem sufferant, Dominus ex
bursa sua hoc supplere debeat, jam suprà dictum, *§. XXI. n. 173. h. Cap.* conf. Wurms. *lib. 1. observ. 31. tit. 50. Dn.* Brunn. *ad l. 16. ff. de re jud.* prope fin. Quod tamen Vasallus Dominum egenum ex- 237
hibere, & alere teneatur, licet vulgò & communiter id nolint;

aliis verius videri existimat *Dn.*Rittersh. *part.Feud.lib.*2. *c.*1. *q.* *40.* nempe Vasallum cogendum esse, Domino egenti præstare alimenta pro feudi quantitate usque ad dimidiam partem fructuum, vel redituum annuorum, *arg.*2 *feud.*54. *&* 55. *§.1.juncto* 2 *feud.*6. debet enim Vasallus Domino succurrere in necessitatibus, eumque servare incolumem, conf. *Dn.* Struv. *Synt.*
238 *J.feud.c.*11.*th.* 5.*n.*15. Atque etiam ab Uxore Maritus, ad inopiam redactus, est alendus, vid. *Dn.*Brunn. *ad.L.*12.*n.*16. *ff solut. matr.*
239 XXXIII. Ad æs alienum Domini solvendum Vasallus minimè tenetur, 2.*feud.*26.*§.licet.* Rosenth. *c.8.concl.*28. Conf.
240 *t.t.C.Ne Uxor pro Marito &c.* Ad servitia verò tam honoris, quàm necessitatis, & belli causâ debita, In Ehren und Nö-
241 then semper promtum, paratumque se sistat, oportet. Qualia servitia meminerimus quandoque esse certa, & in Vasallis determinata; hinc enim sunt *Feudum Conditionatum*, German: Seß-Lehen / *Udalr.* Zas. *de feud. part.12.n.13. Feudum Censuale, Laudemiale, Quaterniatum,* (Taffel-Lehen) *Gastaldiæ*, 1. *feud.* 2. *Advocatiæ*, & *alia*, quæ ratione servitiorum impropria nuncupantur, Wurmser. *de feud. improp. cl.3. sect. 18. 19.*
242 *seqq.* Conditiones verò turpes & impossibiles, traditione secutâ, non vitiant, sed vitiantur, & pactum vel servitium turpe & probrosum mutatur in licitum & honestum, Rosenthal.
243 *c.6.concl.* 22. Nisi contra feudi substantiam conventum, *ne fi-*
244 *des præstetur,* Hattys. *Analys. J.feud.c.2. lit. a.* Sicuti ejusmodi conditiones appositæ in matrimoniis debent propter favorem ejus pro non adjectis haberi; nisi & ipsæ repugnent matrimonii substantiæ, *v. c.* si Uxor se dederit adulterandam, *c.*
245 *fin.X.de condit.apposit.* Honesta & non improbanda est conditio seu modus, si ita feudum datum, *ut Vasallus in Festivis diebus vadat cum Uxore Domini ad Ecclesiam,* 2. *feud.* 2. *§.fin.* Cujusmodi pactum usu non insuetum esse, monet *Andr.* ab Isern.
in

in *d. text. n.13*, cùm in multis locis *curtizentur*, uti ait, in festis Domini à Vasallis. Insuper quia inter festivitates nuptiales 246
suavissimus plerumque Musicæ sonus auditur, nec non saltationibus in signum lætitiæ indulgetur, secundùm vulgatum; ein Ehren-Tantz ist vergönnet; Et jam tempus est, si cui placeat, quia mensa secunda, & alia bellaria nequicquàm fortè expectabuntur, ad saltandum surgere; quippe nec Choragus nec Choraula hîc deficit. Non enim creditur illicitum 247
vel indecorum servitium; quô jubetur Vasallus certâ die coram Domino canere cantilenam, pulsare citharam, vel harpam, Alvarott. in *d. §. fin. 2. feud. 2.* Nam etsi quis artem non profiteatur, quando tamen sonatori violæ feudum datum ideò, si aliquandò violam sonaret, ut Dominum recrearet saltando, non esset, inquit Isernia ad *d. text. n. 16.* in fin. in hoc ulla turpitudo. De quo tamen ex conditione & paritate utriusque 248
tam Domini quàm Vasalli judicandum est; nam *Vasallo Doctori probrosum est, saltare in publico in diploide & sonare tamburrum*, verba sunt *Matth.* de Afflict, *ibid. n.* 13. 14. *qui uberrimè id tractat.* Unde hoc casu tale statutum servitium vel in aliud 249
convenientius est mutandum, vel per substitutum præstandum, Rosenth. *c. 8. concl. 22. n. 6.* De diverso saltûs vel *assultûs* genere ex 1. *feud. 5.* vers. *similiter.* da durch das Lehen gar wird 250
vertantzet / und verlohren / *seq. Cap. ult.* dicetur. Talia & similia, nec non ludicra, ridicula, inepta & levia servitiorum 251
genera recensuêre Limn. *tom.* 1. *addit. lib. 4. p.* 602. Spreng. *J. Juris publ. lib. 2. c.* 41. *p.* 340. Speidel. *voce* Lehen-Dienst / Dietherus *ad Besold. Thes. hac voc. p.* 570. & in Contin. *p.* 362. *seqq.* Inter alia plura hoc refert singulare *Matth.* de Afflict. *ad d. §. fin.* 252
2 *feud. 2. n. 5.* quod *in civitate Neapol. Vasalli Ecclesiæ in festo S. Januarii Martyris & Pontificis debeant venire ad abluendum aquâ porcam in Ecclesia majori Neapolit.* Quicquid hujus 253
sit, dubio certè caret, validum & obligatorium esse pactum,

ut Vasallus bene mundatus vestitus, & ornatus, mit anständiger Mundirunge / ad serviendum compareat; vid. *Exercit. Dn.* Stryk. *de Feud. Pomeran. c.1. n.3.* ibi: *allegata ex privileg. Pomeran.* und sich in unser oder unserer Erben Farbe
254 kleiden sollen 2c. Quorsum refero, jura expressè concedere feminis, quò se eligantiores & mundiores reddere possint, *l.21.*
255 *§. unguentis. ff. de auro arg. mundo &c.* Quanquàm, putant, inquit Ummius *process. judic. disp. 21. n. 60. nostrâ interesse, non habere domum delectabilem, & pulchram hispitam propter magnum numerum eam visitantium.*

256 XXXIV. Antequàm claudam, si claudicem, venia mihi dabitur; nam & ipsum Conjugium Feudalitium quandoque claudicat, uti dicunt, Dd. *claudicare Sponsalia*, quæ pubes cum impubere contraxit, *B.* Brunn. *J. Eccles. lib. 2. c. 16. n. 11.* hic enim nullâ obligatione tenetur, ille verò, quia semel consensit, amplius non potest dissentire, *c. 7. vers. mulier. X. de de-*
257 *spons. impub.* Quapropter, factâ inter Dominum atque impuberem seu pupillum de vasallagio conventione sine tutoris auctoritate, pupillus quidem feudum sibi acquirit, ad servitia autem non obligatur, *arg. pr. Inst. de auct. tutor. Dn.* Struv.
258 *Synt. J. feud. c.5. th.13. n.1.* Etsi verò minor vel pubes etiam non adhibitô curatoris consensu ad servitia teneatur, arg. *l. 101. ff. de V. oblig.* potest tamen hic minor in integrum restitutionem petere, si viderit, se in acceptatione feudi nimium esse gravatum servitiis, aliisque oneribus, Ludvv. *synops. J. feud. c. 6. p. 117.*
259 *Stolidus* enim *est, qui Uxorem ducit*, vel viro nubit, *cujus sumtibus ad mendicitatem sit redigendus*, *Dn.* Pufendorf. *de I. N. & G. lib. 6. c. 1. §. 36. p. 815.* Licet hoc casu aliud haud supersit remedium Canonicum, quàm ut, *qui stultus fuit in culpa, sapiens fi-*
260 *at in pœna, c. 10. distinct. 39.* Si Dominus sit inops nec feudi, quod promisit, tradendi facultatem habeat, quærit Matth. *de Afflict. in 2. feud. 2. §. ult. n. 15.* an standum sit pactô, quod Vasallus

sallus feudum stipulans adjecit tale: ne Dominus teneretur ad interesse secundùm 2. *feud*. 26. §. *si facta*. sed *ut Dominus accederet per sedilia in diploide cum corrigia in collo, & peteret sibi veniam*; quod ipsum negandum est, arg. *l*. 14. §. *eleganter*. 1. *ff. sol. matr*. ibi: *contra bonos mores id pactum esse, melius est, dicere; quippe cùm contra receptam reverentiam, quæ Maritis exhibenda est, id esse apparet.*

XXXV. Tandem de successione inter Dominum & Vasallum, quod conferam, nihil habeo, nullus enim hîc successioni est locus; sed quando vel Dominus simul utile, vel Vasallus directum adipiscitur feudi dominium, feudum ipsum cessare & desinere incipit; de quo, nunc restat, agamus. 261
An verò & quatenus veri Conjuges sibi in feudo succedant, vid. Rosenth. *c*. 7. *concl*. 60. *n*. 6. *seqq*. Ludvv. *tr. de Success. feud. c. ult*. § 6, *Dn*. Stryk. *Tr. de success. ab intest. diss*. 4. *c*. 2. Sic ergò coronidem imponat tritum Feudistarum proverbium: **der krumme Stab schleust niemand auß**/ conf. *Werner*. Thummermuth. *sing. tr. h. tit*. Secundùm quod Dd. bene multi opinantur, feuda Ecclesiastica (**Krumbstäbische Lehen**) naturâ suâ transire in feminas; dequo cogitent Ecclesiastici illi, quibus nihil quidquàm communicare cum femina permissum est. Conf. *sup. Cap. II*. §. *XVII*. *n*. 115. Interim brocardicum illud ἀπὸ τῆς γυναικοφιλίας natum videtur ipsi Rosenthalio, quod *femina in feudis Ecclesiasticis per Prælatos faciliùs, quàm in aliis per Dominos seculares fuerint admissæ*, *c*. 7. *concl*. 31. *n*. 7. Sanè nisi singularis doceatur consuetudo, femina in feudo regulariter non succedit, Rosenth. *d. l*, *Dn*. Struv. *c*. 3. *th*. 4. *n*. 3. 262 263 264 265

CAPUT IV.

DE CONJUGII FEUDALITII DISSOLUTIONE.

SUMMARIA.

Bene consonantia matrimonia non sunt dissolvenda 1.
Vinculum inter Dominum & Vasallum est perpetuò duraturum. 2
Uti filium temporalem, sic nec temporalem Uxorem habere licet. 3.
Rerum humanarum mutabilitas & inconstantia. 4.
Feudum Aperturæ Auffgebig-Lehen *quid?* 5.
Sponsus olim novæ nuptæ domum deductæ clavem tradebat. 6.
De effectu oblationis, & dationis clavium. 7.
Vitium superveniens matrimonium non rescindit 8.
Ab initio furiosus, cæcus, surdus & mutus à feudi successione removetur. 9.
Ex postfacto talis existens feudô non privatur, 10.
Nisi suâ quis culpâ ejusmodi vitium vel inhabilitatem contraxerit, 11.
Clericus factus etiam antè quæsitum feudum amittit. 12.
Ratio ex Jure feudali. 13.
Quidnam in illa ratione videatur desiderandum? 14.
Quid verò ad hoc videatur respondendum? 15. 16.
Apud Protestantes nemo ob Clericatum feudô privatur; 17.
Jure Saxon. *tamen ob Monachismum.* 18.
De Marito monachismum profitente. 19.
Matrimonium solô contrahentium dissensu non potest dissolvi. 20.
De feudi refutatione. 21.
De singularibus modis jure Civili solvendi matrimonium. 22.
Biennii lapsu tolluntur sponsalia. 23.
Uxor maritum absentem quamdiu expectare debeat, remissivè. 24.
Vasallus justô tempore investituræ renovationem non petens feudum perdit. 25.
Et Dominus debitô tempore non conferens vasallagii jus amittit. 26.

Quo-

Quomodò dissolvatur feudum per præscriptionem. 27. 28.
Multæ sunt causæ separationis Domini & Vasalli 29.
Multæ etiam causæ solvendi matrimonii prostant J. Civili. 30.
Famosa malorum in Jure Civili virorum & feminarum nomina & descriptiones. 31.
Ipso J. Feudali causæ solutionis matrimonii, & vinculi inter Dominum & Vasallum eædem perhibentur. 32.
Rationem ejus reddit Alvarottus. 33.
Solvitur hodie vinculum matrimonii tantùm ob Adulterium & malitiosam desertionem. 34.
Et Vasallus non propter omnis, sed solum egregiæ ingratitudinis causas feudò excidit. 35.
Non nisi ordine judiciario, & legitimè ad feudi ademtionem procedendum. 36.
Condemnatur Vasallus sententiâ privatoriâ. 37.
Etiam inter Conjuges demum causâ cognitâ fit seperatio. 38.
Ob solam feudi alienationem Vasallus ipsô jure feudum perdit. 39.
Ejus confirmatio. 40.
Semel investitus non facilè devestiendus. 41.
Frangenti fidem fides frangatur eidem 42.
Vasallus Dominum malitiosè deserens feudò privatur. 43.
Objectio de Uxore Maritum non defendente. 44.
Ob feudum Advocatiæ dicitur Vasallus Vogtey-Herr / &c. 45.
Et Maritus appellatur Ehe-Vogt. 46.
Ampliùs ratione feudi Gastaldiæ, (47.
Et ratione feudi Guardiæ Vasallus Marito respondere videtur. 48. 49.
Responsio ad præcedentia. 50.
Aliquando, & Uxori permittitur defensio Mariti. 51. 52.
Vasallus defendit Dominum, quatenùs potest. 53.
Femina saltem voce & clamore succurrere potest. 54.
Femina non omnium officiorum feudalium incapax est. 55.
Potest Vasallus Domino servire per substitutum. 56.
Cujuscunque servitii debiti recusatio pro desertione est. 57.
Et debiti conjugalis non-præstatio desertioni comparatur. 58.
Divortisse non censetur Uxor brevi reversa. 59.
Vasallus ab initio refractarius modò post se sistat, vel desertor illicò revertatur, feudum non amittit. 60. 61. 62.
Quid? si Vasallus vocatus dixerit: credo me non venturum. 63.
An, & quo modo Vasallus propter conventionem super alienatione sine

Domini consensu feudum perdat? 64. 65.
Distinctio inter velle & laborare. 66.
Affectus sine effectu non punitur. 67.
Vasallus obstinaci malitiâ Dominum dereliquens meritò repudiatur. 68.
Fides violata eò gravius punitur quò sanctius erat servanda. 69.
Injuria ab amico vel cognato illata plus afficit, quàm facta ab extraneo. 70.
Majores (Barones) feudatarii ob perfidiam magis puniuntur, quàm minores. 71.
Non solùm Vasallus, sed & Dominus feloniam committere potest. 72.
Dominus etiam Vasallo in periculo non succurrens feudi proprietate excidit. 73.
De pœna Mariti uxorem ægrotantem non curantis; remissivè. 74.
Rarissimè Domino adimi proprietatem, observatur. 75.
Ratio ejusdem. 76.
Epicrisis. 77.
Nec facilè ratione Vasalli ad privationem proceditur. 78.
Vir atq; Uxor quoad separationem ob desertionem eodem jure censentur 79.
Vasallus dotalis Marito potiùs quàm Uxori subveniens excusatur. 80.
Dominus quoque Vasalli Uxorem vel filiam &c. adulterans directum dominium amittit. 81.
An major castitas in femina, quàm in masculo requiratur? 82.
Quare Justinianus dicatur Uxorius. 83.
Num adulterium ex persona patientis tantùm judicandum? 84.
Vasallus Dominum cucurbitans *feudum perdit.* 85.
Quid vocabulô cucurbitandi *significetur.* 86.
Deducitur ratio amissionis feudi ob cucurbitationem Domini. 87.
Patrem afficit etiam injuria suorum. 88.
Confirmatur exemplô Virginii. 89.
De differentia internecionis fratris Domini & stuprationis sororis. 90.
Honoris Domino debiti extensio ad ejusdem familiam. 91. 92.
Si modò turpiter luserit *Vasallus cum Uxore Domini, feudum amittit.* 93.
Ampliatur hoc ipsum. 94.
Discrimen amissionis feudi & dotis ob præsumtionem adulterii. 95.
Quid de osculo? 96.
Alii adulterandam procurans Uxorem Domini Vasallus pœnam amissionis feudi subit. 97.
Ob causam lenocinii Uxoris & Mariti separatio est. 98.
Anne Vasallo cum extranea adulteri-

teriam committenti etiam feudum sit adimendum? 99.
Rationes: ob quas id affirmandum videatur. 100.
Communiter tamen negatur. 101.
Quid si putet Vasallus, cum Uxore Domini se concumbere? 102.
Moraliter committitur adulterium etiam cum propria conjuge. 103.
Uxor, ignorans maritum decesſisſe, cum alio concumbens ùt adultera non punitur. 104.
Nec Vasallus Uxorem Domini ignoranter adulterans feudô privavatur. 105.
Ob notabilem feudi deteriorationem idem Vasallo adimi potest. 106.
Uxor solo & fundo æquiparatur. 107.
Uxor à marito bona dissipante dotem aufert. 108.
Dominô feloniam committente, feudi proprietas spectat ad Vasallum. 109.
Dominus à Vasallo directò offensus in ultionem injuriæ feudum capit. 110.
Factâ inter Conjuges separatione Maritus ad consolationem lucratur dotem. 111.
Intercesſio Conjugis læsi pœnam adulterii tollit, vel minuit. 112.
Poterit Dominus Vasallo remittere feloniam. 113.
An, & quomodo etiam Vasallorum liberi, & agnati feudô priventur? 114. 115.
Maritus, si Uxori adulteræ adhuc cohabitavit ad separationem agere nequit. 116.
Et Dominus feloniam remisisse putatur aliquem ùt Vasallum tractando. 117.
Quid si uterq; tam Dominus quàm Vasallus Feloniæ reus? 118.
Matrimonia solvuntur per mortem. 119.
Quomodo interitu rei feudalis pereat jus feudi. 120. 121.
Dominum Vasallô interficiente, nexus feudalis dirimitur. 122.
Ampliatio. 123.
Maritus aliquando Uxori alapam leniorem dare potest, non vice versâ. 124.
Propter insidias vitæ alterius ab altero structas datur inter Conjuges separatio. 125.
Conjux Conjugem è medio tollens feudi amisſione punitur. 126.
Num Dominus Vasallum adulterum deprehensum licitè occidat? 127.
De Vasallo necante Dominum adulterum. 128. 129.
Non æqualis est Mariti atq; Uxoris potestas tori violationem ulciscendi. 130.
Seu Viro, seu femina moriente, solvitur Conjugium. 131. 132.
Ratio. 133.

Quômodô feudum in successore continuetur? 134.
Heredes Domini contra Vasallum ad privationem agere nequeunt. 135.
Nec Mariti heres contra Uxorem adulteram validè agit, ut ipsa dote privetur. 136.
Vasalli quoq; heredem actionem super feudi privatione contra Dominum non habere, e usu matrimoniali simili firmat ur. 137.
Quando tamen Domini & mariti heredes contra Vasallum & Uxorem validè agant? 138.
Quando contra Vasalli & Uxoris heredes rectè agatur? 139.
Conclusio. 140.
Subnexa formula precativa. 141.

I.

1 B*Ene concordantia matrimonia turbari non debent l.* 1. § 5. *ff. de liberis exhib.* Et *omni lucro praeferenda est concordia maritalis, l.* 5. *C. de instit. & substit.* dura enim atque acerba inter Conjuges seperatio est, *arg. l.* 12. §. 7. *ff. de instr. vel instrum.* vocaturque *Con-*
2 *jugium individua vitae consuetudo*, §. 1. *J. de patr. potest.* Sic nec vinculum inter Dominum & Vasallum temerè dissolvendum, quia, ut perpetuò duraret, & usque ad dies vitae produceretur,
3 constitutum est, *1. feud.* 1. §. 1. Si enim *non convenit, filium temporalem habere, l.* 34. *ff. de adopt.* nec decebit habere Uxorem vel Vasallum temporalem; quidquid sit de *subditis temporari-*
4 *is*, vid. *Dn.* à Rhez. *Inst. J. publ. lib.* 2. *tit.* 19. §. 8. Verùm *quid erit stabile inter homines?* quaerit ipse Imperator, *quid ita immobile, ut nullam patiatur mutationem, cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat, Nov.* 7. *c.* 2. *pr.* cùm *rerum humanarum vicissitudo sit, vitaeq; inconstans atq; multiformis status, Nov. Leon.* 1. *proöem?* Causas igitur, ob quas Conjugium Feudalitium solvitur, praecipuas, quotquot verum & proprium conjugium ὁδηγῶν *nobis monstrabit, perpendemus.*

5 II. Non autem huc pertinet *feudum Apertura* seu aperibile, uti quidem germana appellatio Auffgebig-Lehen / Wurm-

Wurmser, *de feud. improp. cl. 3. sect. 20. n. 28.* seducere posset eum, qui illud hac conditione conferri ignorat, ut locô servitiorum tempore belli aperiatur certa arx vel castrum Domino extra territorium ipsius situm; unde est jus *Apertura* die Oeffnung/das Oeffnungs-Recht/ *Dn.* Struv. *c. 4. §. 21.* Cui est proximum quod olim Paganis pudor Virginum & partus nuptarum sub clavibus *Jani Portuni & Patulcii* esse creditus sit; indeque sponsum sponsæ clavem dare, usu obtinuerit, *Jacob.* Masen, *Specul. Imag. c. 77. n. 15.* Traditæ autem claves in divortio rursus adimebantur, vel etiam ultrò remittebantur, Rittersh. *part. feud. lib. 1. c. 8. q. 30.* conf. *Idem in Novell. p. 227. n. 1.* Oblatio clavium; die Schlüssel entgegentragen/ signum est non nudi vasallagii, sed subjectionis, & supremæ potestatis, Besold. *Thes. Pr. contin.* Diether. *lit. S. n. 39.* Omnes itaque omnium rerum claves novæ nuptæ semper haud concedantur, nisi si contra *l. 62. ff. de ædil. edict.* & *l. 50. ff. de re jud.* liberalitatis suæ maritus pœnam pati velit; sed hoc ex incidenti. Quemadmodùm etiam vitium vel defectus superveniens, quamvis ab initio existens meritò contrahendum impedivisset; matrimonium contractum tamen non rescindit, quia *nihil tam humanum, est quàm fortuitis casibus mulieris Maritum, vel Uxorem Viri participem esse, l. 22. §. 7. ff. soluto matrim.* Ita quidem furiosus, cœcus, surdus & mutus, vel aliâ imperfectione laborantes à successione feudi excluduntur, *1. feud. 6. §. mutus,* *2. feud. 36. in fin.* Quod si tamen feudum semel justè illis quæsitum, ob supervenientem casum non est adimendum, *arg. §. 1. in fin. J. quib. non est permis. fac. test. Franci.* Sonsbec. *de feud. part. 12. n. 132. seqq. Dn.* Struv. *Synt. J. feud. c. 9. th. 10. n. 5.* multa enim rem fieri impediunt, quæ factam non infringunt, *c. Quemadmodùm 25. X. de jurejur.* Uti communiter statuunt Dd. vid. *Dn.* Stryk. *Tract. de Jure Sens. disser. 2. n. 52. & seqq.*

6 7 8 9 10

11 *& dissert.4.n.71.* Atque hoc obtinebit, si quis casu factus sit inhabilis, nulla sua culpa accedente, conf. *Baro* Schenck *tr. de*
12 *feud.lib.1. tit. 6.n.5.* Eos verò inter, qui se ipsos reddunt inhabiles, & ille censetur, qui habitum religionis assumsit, Clericusque factus est, qui etiam feudum antè acquisitum perdit,
13 *2 feud.30.* in fin. Cujus ratio dicitur, quod ejusmodi Vasallus *desiit esse miles seculi, quia factus est miles Christi, 2. feud. 21. 2. feud 26.§ qui clericus.* ergò *miles Christi serviat Christo, milites seculi serviant seculo, 2. feud. 109.* nam, secundùm vulgatum:

Pastor cambucam, sambucam fert phaleratus.

14 Mirum autem videri poterat, cur beneficium debeat amittere, qui culpæ nullius potest accusari; imò qui potiùs præmiò
15 dignus, quod seculo renunciaverit. Ubi tenendum est, *multa fieri sine culpa, quæ tamen non fiunt sine causa, c. sine culpa. 23. de*
16 *R.J.in 6.* causam verò habeas ex *2. feud.21.in fin.* Aut dicendum cum Gothofr. ad *Nov. 5.c.2.§.1.lit.K.non omnes esse Clericos, qui volunt videri, multi enim palliò sanctitatem mentiuntur,* qui idcircò non parùm culpæ committunt. (Singulariter & in specie hic Clericorum causam perorans defendensque conferri me-
17 retur *Baro* Schenk. *de feud. lib. 2. tit. 21.*) Verùm quod hodie apud nos feuda hanc ob causam non amittantur, monet *Dn.*
18 Struv. *Synt. J. feud. c.15. aph.7.* Nisi fortè quis fiat Monachus, *Dn.* Carpz. *c.28. def.3. num.2.* confer Sachsen Spiegel *lib.1.art.25.* Wer ein Mönch wird / hat damit den Herr-Schild nieder-
19 geleget. Nam & *maritus monachismum profitens, quantum ad Matrimonium videtur mori aliud pro alio vitæ eligens iter. Nov. 22.c.5.*

20 III. Quantumvis *nihil tam naturale* sit, *quàm eò genere quicquid dissolvere, quô colligatum est. l.35.ff. de R.J.* attamen matrimonium solò dissensu nequit dissolvi, quia *spiritualia faciliùs construuntur, quàm destruuntur, &, quos Deus conjunxit, homo*
21 *non debet separare, c.2.X. de transl. Episc.* Vasallus autem *feudum*

dum in manus Domini refutare poteſt, *2.feud.9.&* 14. quâ factâ refutatione, Conjugii Feudalitii nexus ſolvitûr, *arg.2.feud.*38. & *Dominici juris non niſi ſcintillæ quædam ac reliquiæ manent*, Hattys. *Anal.J.feud.c.11. lit d.* De matrimonio caſtitatis con- 22
cupiſcentiâ diſſolvendo, nec non diſſolvendo *bona gratiâ*, uti *patriâ linguâ* id eſt Romana dicitur, *Nov.140.* quæ jure civili permiſſa ſunt, vid. *l. un. §. ult. C. de rei Ux. act. Nov.* 117.*c.*10.*& Nov.*22.*c.*4. & *5.*

IV. Per biennii præſcriptionem Sponſa liberatur, ſi an- 23
te hujus ſpatii decurſum finem Sponſus nuptias exequi ſuperſederit, *l. 2. C. de Sponſal.* conf. *Dn.* Strauch. *Diſſert.* 2. *th.6.* Quamdiu Uxor Maritum malitiosè abſentem expectare te- 24
neatur, fusè tractat Finckelth. *obſ.*100.*n.* 111. Certè *prima* id eſt 25
principalis cauſa diſſolvendi nexûs feudalitii exiſtimatur, ſi Vaſallus intra annum & diem à facta mutatione inveſtituræ renovationem petere neglexerit, *2.feud.*24.pr. Vel Dominus pe- 26
tentem intra legitimum tempus non inveſtierit; qui enim terminus ad petendam renovationem Vaſallo eſt præfixus, idem Domino ad concedendam, adeò ut hic proprietate ipsâ, ille feudi jure cadat, Ludvv. *Tr.de renovat.inveſt.p.* 391. Porrò et- 27
iam Dominus feudum jure pleni dominii, tacente & non contradicente Vaſallo, per 30. annos poſſidendò utile domi- 28
nium contra Vaſallum præſcribit. Uti Vaſallus intra idem temporis ſpatium rem ùt allodialem tenendo, Domino ſervitia nulla exigente, directum dominium præſcribit, *Dn.* Struv. *C.*15. *aph.*3.*n.*4.5. quod dicitur *conſolidatio*, *Dn*, Rittersh. *partit. feud. lib.*2.*c.*5.*q.*2. Sicque feudum per præſcriptionem diſſolvitur.

V. At cauſas, ob quas Dominus & Vaſallus velùt ſepa- 29
rantur omnes enumeratas ſignificare, difficile eſt, quoniam illæ ſub aliqua certa regula aut definitione rotunda non comprehendi poſſe creduntur, *2.feud.*33. Itidemque plurimæ ju- 30

re civili inventæ sunt causæ, ex quibus nuptiarum solutiones fiunt, *Nov.* 117. *c.* 8. §. conf. *t.t.ff.* & *C. de divort.* Equidem proverbiali schemate circumfertur: *non soli Atridæ amant Uxores suas, l.* 13. §. 1. *ff. ad L. Jul. de adult.* attamen quis Maritus obscu-
31 ram umbrosæ & morosæ *Xanthippes* frontem patiatur? Ecquæ Uxor sævientis *Sabini* asperitatem toleret? improbi *Neratii* nequam facinus quænam Conjux perferat? & quis Vir improbissimæ feminæ *Carfaniæ* maledicentiam? Ecquis non potiùs à tam *malo contermino* liberari, vid. Gothofr. *ad l.* 35. §. *ult. lit. s. ff. de contr. emt.* vel tam *malò domesticò*, vid. *L. un.* §. 5. *ff. furti advers. naut.* cupiat? quis tandem cervice suô non excu-
32 tiat intolerabile non Conjugii, *sed Conjurgii* jugum? Ex *iisdem* verò *etiam ingratitudinis & repudii causis vinculum inter Dominum & Vasallum dirimendum esse, quibus matrimonia rectè contracta solvuntur*, κατὰ ῥητὸν constitutum est, 2. *feud.* 24.
33 §. *prædictis modis.* conf. *Casp.* Bitsch. *Comment. ad h.* §. Rittersh. *part. feud. lib.* 2. *c.* 5. *q.* 2. *p.* 371. & *q.* 3. Rationem conspice apud Alvarottum *ibid. not.* 1. quia *de uniformibus meritò uniformiter judicari debet; eadem autem æquitas, quæ cadit in*
34 *matrimonii dissolutione, insurgit etiam in feudi privatione.* Itaque cùm hodie duæ tantùm receptæ sint causæ, quare Conjuges & quoad vinculum separari possint, & dotis donationisque propter nuptias amissio locum habeat, inque conjugem innocentem recidat, *Nov.* 117. *c.* 8. 9. *Adulterium* nempe, & *malitiosa desertio*, Strauch. *Dissert. Just.* 2. §. 26. & hæ causæ duæ po-
35 tissimùm hîc considerabuntur. Nam ipse quoque Feudistarum antesignanus *Obertus de Orto non hîc*, inquit, *sufficit omnis occasio, per quam Vasallus accepti beneficii videtur ingratus, sed sunt quædã ut ita dixerim, egregiæ ingratitudinis causæ, quibus feudum secundum mores Curiarum solet amitti*, 2. *feud.* 23. §. *de illa tamen.*
36 VI, Quodcunque verò committat delictum Vasallus, Dominus non potest eum feudô propriâ auctoritate expelle-
re,

re, aut privare de absoluta potentia, sed requiritur ordo judiciarius, Alvarott. in 2. *feud.* 27. §. *quicunque*. 7. *n* 2. Culpa enim in judicio Parium ritè laudanda & probanda, 1 *feud*. 21. & 22. §. 2. Ut ita demum actione legitimè institutâ, & causâ cognitâ, 37
sententia condemnatoria feratur; quæ verè *privatoria*, non tantùm *declaratoria*, est putanda, *Dn*. Struv. *c*. 15. *aphor*. 11. *n*. 3. Uti conjugibus non licet mox se ipsos ab invicem separare, 38
quamvis adulterii vel desertionis liquida in alterutro causa adsit; sed separatio coram Consistorio debitè petenda, processus desertionis formandus, & sententia expectanda, *B*. Brunn. *J. Eccles. lib*. 2. *c*. 17. & *Dn*. Stryk. *in addit. ad d. lib*. 2. *c*. 17. §. 31. Nec e- 39
nim nisi in feudo alienato Vasallus ob feloniam ipsô jure feudum amittit, *Dn*. Struv. *d. C*. 15. *aph*. 11. Quod ratione ex legibus 40
de Maris & Feminæ conjunctione confirmat *Joan. Thom.* de Marinis *tr. de feud. tit*. 2. *n*. 62. quia, ubicunque non exprimitur verbum ipsô jure, vel ipso factô, vel æquipollens, cum tractatur de poena, semper intelligitur per sententiam, secundùm Bald. in *l. si qua*. 2. *C de secund. nupt*. conf. *l*. 3. *C. de incest. & inut. nupt*.

VII. Nunc primùm videamus, quomodò malitiosâ de- 41
sertione Conjugium nostrum Feudalitium dirimatur. Certè, uti modò feci mentionem, non simplariam aut levem ob causam dividi & separari Conjuges debent. Et, cui semel investituram fecit Dominus, non tam facilè rursus exuere vestimentum potest, quàm servo in *l* 25. *ff. de pecul*. semel enim investitus non est injuste devestiendus, 1. *feud*. 7 & 3. *feud*. 1. §. *illis verò*. nec infestucatus exfestucandus; consule de his vocabb. Hotomann. *de Verb. feud*. Si tamen priùs alter Conjugum alte- 42
rum deseruit animô malitiosô; & vel *Dominus malefidus*, vel *Vasallus perfidus* & *perjurus* evasit, 2. *feud*. 6. *in fin*. æquitatis ratio permittit, ut fidem frangenti fides frangatur, *l. Cum proponas*. 21. *C. de pact*. sicque *in eo quis puniatur, in quo deliquit, Auth. omnes peregrini, C. comm. de success. frustrà enim sibi fidem*

dem ab alio postulat, qui ipse fidem minimè servat, c. 75. de R. J. in 6.
43 Quando ergò Vasallus Dominum *justè guerram* alicui *facientem* non adjuvit, *2. feud. 28. sed indictâ expeditione publicâ vocatus ad ipsum defendendum veniri supersedit, 2. feud. 55. §. 1.* vel *Dominum suum, cum quo ad prælium ivit, in acie periclitantem dimisit, 1. feud. 5. pr. 2. feud.* 24. §. 2. feloniam committit, & tanquam malitiosè deserens feudò privatur. Conf. *Disp. Dn.* Stryk. *de Vasallo Desertore.*

44 VIII. Sed redit hîc dubium jam suprà objectum, scil. Vasallo vicem Uxoris in conjugio præsenti symbolico tenente, παράδοξον esse, incumbere eidem defensionem Domini sui, quia de feudi Viros ab Uxoribus, minùs convenire putatur
45 §. 2. *J. de injur.* cùm defensio masculorum sit, *l. 1. ff. de injur.* Immò aliquando certi loci defensio ratione feudi Vasallo committitur expresse; ût est in feudo *Advocatiæ*, quô provincia, urbs, vel Ecclesia alicui defendenda incumbit. Qualis defensor seu Advocatus dicitur ein Voigt / Schutz-Herr / oder Vogtey-Herr / *Dn.* Struv. *Synt. J. feud. c. 4.* §. 20. hucque am-
46 pliùs spectant vocabb. Schirm-Vogt / Burck-Vogt. Maritus verò stylô quoque Cameræ Imp. appellatur Ehe-Vogt / velùt qui est procurator, & defensor Uxoris, vid. *Paul Matth.*
47 Wehn. *Pr. Obs. lit. E.* in Ehe-Vogts Namen. Et in feudo *Gastaldiæ* Vasallus nominatur Gastaldus h. e. actor vel procurator rei Dominicæ, *Casp.* Bitsch. *ad pr. 1. feud.* 2. Cui optimè respondet, quod Maritus bonorum Uxoris administrator sit
48 legitimus, per *L. ult. C. de pact. convent.* De feudo *Custodiæ* vel *Guardiæ idem* Bitsch. conferatur, qui vel à German. bewahren / vel à vet. voce warden deductum refert. Quò pariter facit, & Maritum Jure Saxon. Uxoris curatorem esse, vid. Land-Recht *lib. 1. art. 31. ibi;* Wann ein Mann ein Weib nimt / nimt er Sie in seine Gewehr / und alle ihre Güter in rechter Vormundschafft / conf. *Joan.* Cöpp. *Observ. pr. lib.*

lib.1.Observ.58.n.10. Ergò aut Vasallus pro femina non stabit, 49
conf. omninò *sup. Cap.II.§.VI.* aut *Dominum campestre prælium habentem sequi, atq; in acie eidem succurrere, 1.feud.5 pr.* non cogetur; sicq nec jure feudi indignus fiet, quia exigenti aliquid sibi non conveniens impunè denegatur, *arg. l. ult. ff. de jurisd.* Verùm regeritur ad hoc, non attendere jus feudale subtilitatem juris civilis, vid. Ludvv. *tr. de feud. p. 52.* sed potiùs rationem naturalem, quæ ipsa & feminæ injungit, Conjugi suo in quovis vitæ atque honoris discrimine assistere, quoniam *non decet à capite membrum discedere, c.1.dist.11.* Tum quoque 51
dictus §.2. *J. de injur.* suas patitur exceptiones; nempe si injuria Marito illata tangat etiam personam Uxoris, *arg. l. 5. C. de his, qui accus. non poss.* junctâ *l.29. pr. ff. ad L. Jul. de adult.* potestque Uxor Maritum, qui in servitute detinetur, in libertatem vindicare, *l. Ampliùs 3. §. 2. ff. de liberali causa.* Unde ampliùs probat Gail. *lib.1. obs. 133. n. 8.* posse Uxorem se se interponere pro Marito, & eum defendere, ut libertati restituatur, & à carcere liberetur; *Idemq;* testatur de praxi Cameræ, quod Uxoribus ejusmodi casu mandata cum vel sine clausula dentur. Dein 53
tantùm *per posse suum* Vasallus Domino subvenire obligatur, *2. feud. 7. §. quod verbum.* quò & ἔνστασις illa de fragilitate & infirmitate sexûs oppidò prosternitur; namque si fortuita impotentia contingat Vasallo, aut eâ is membrorum habitudine est, ut aliter juvare Dominum non possit, clamore saltem ciere, & advocare auxiliaturos necessum habet, Gothofr. ad *1. feud. 5. pr. lit. d.* & *1 feud. 21. lit. l.* Quod perbene callent fæminæ 54
in omni ferè infortunio & periculo vocem locô auxilii, & pro armis adhibere solitæ; unde etiam ancillæ exprobratur, quæ in eodem conclavi cum Domina sua fuerat, potuisse eam auxilium ferre, si non corpore, certè proclamando, ut domestici, vel vicini audirent, *l.1. §. 28. ff. de SCt. Silan.* Tum quo- 55
que ipsa femina Domino fidelis manere, & ne inimicis ejus

 suas

Domini consensu feudum perdat? 64. 65.
Distinctio inter velle & laborare. 66.
Affectus sine effectu non punitur. 67.
Vasallus obstinaci malitiâ Dominum derelinquens meritò repudiatur. 68.
Fides violata eò gravius punitur quò sanctius erat servanda. 69.
Injuria ab amico vel cognato illata plus afficit, quàm facta ab extraneo. 70.
Majores (Barones) feudatarii ob perfidiam magis puniuntur, quàm minores. 71.
Non solùm Vasallus, sed & Dominus feloniam committere potest. 72.
Dominus etiam Vasallo in periculo non succurrens feudi proprietate excidit. 73.
De pœna Mariti uxorem ægrotantem non curantis; remissivè. 74.
Rarissimè Domino adimi proprietatem, observatur. 75.
Ratio ejusdem. 76.
Epicrisis. 77.
Nec facilè ratione Vasalli ad privationem proceditur. 78.
Vir atq; Uxor quoad separationem ob desertionem eodem jure censentur 79.
Vasallus dotalis Marito potiùs quàm Uxori subveniens excusatur. 80.
Dominus quoque Vasalli Uxorem vel filiam &c. adulterans directum dominium amittit. 81.
An major castitas in femina, quàm in masculo requiratur? 82.
Quare Justinianus dicatur Uxorius. 83.
Num adulterium ex persona patientis tantùm judicandum? 84.
Vasallus Dominum cucurbitans *feudum perdit.* 85.
Quid vocabulò cucurbitandi *significetur.* 86.
Deducitur ratio amissionis feudi ob cucurbitationem Domini. 87.
Patrem afficit etiam injuria suorum. 88.
Confirmatur exemplò Virginii. 89.
De differentia internecionis fratris Domini & stuprationis sororis. 90.
Honoris Domino debiti extensio ad ejusdem familiam. 91. 92.
Si modò turpiter luserit *Vasallus cum Uxore Domini, feudum amittit.* 93.
Ampliatur hoc ipsum. 94.
Discrimen amissionis feudi & dotis ob præsumtionem adulterii. 95.
Quid de osculo? 96.
Alii adulterandam procurans Uxorem Domini Vasallus pœnam amissionis feudi subit. 97.
Ob causam lenocinii Uxoris & Mariti separatio est. 98.
Anne Vasallo cum extranea adulteri-

teriam committenti etiam feudum sit adimendum? 99.
Rationes: ob quas id affirmandum videatur. 100.
Communiter tamen negatur. 101.
Quid si putet Vasallus, cum Uxore Domini se concumbere? 102.
Moraliter committitur adulterium etiam cum propria conjuge. 103.
Uxor, ignorans maritum decessisse, cum alio concumbens ùt adultera non punitur. 104.
Nec Vasallus Uxorem Domini ignoranter adulterans feudô privavatur. 105.
Ob notabilem feudi deteriorationem idem Vasallo adimi potest. 106.
Uxor solo & fundo aquiparatur. 107.
Uxor à marito bona dissipante dotem aufert. 108.
Dominô feloniam committente, feudi proprietas spectat ad Vasallum. 109.
Dominus à Vasallo directò offensus in ultionem injuriæ feudum capit. 110.
Factâ inter Conjuges separatione Maritus ad consolationem lucratur dotem. 111.
Intercessio Conjugis læsi pœnam adulterii tollit, vel minuit. 112.
Poterit Dominus Vasallo remittere feloniam. 113.
An, & quomodo etiam Vasallorum liberi, & agnati feudô priventur? 114. 115.
Maritus, si Uxori adulteræ adhuc cohabitavit ad separationem agere nequit. 116.
Et Dominus feloniam remisisse putatur aliquem ùt Vasallum tractando. 117.
Quid si uterq; tam Dominus quàm Vasallus Felonia reus? 118.
Matrimonia solvuntur per mortem, 119.
Quomodo interitu rei feudalis pereat jus feudi. 120. 121.
Dominum Vasallô interficiente, nexus feudalis dirimitur. 122.
Ampliatio. 123.
Maritus aliquando Uxori alapam leniorem dare potest, non vice versâ. 124.
Propter insidias vitæ alterius ab altero structas datur inter Conjuges separatio. 125.
Conjux Conjugem è medio tollens feudi amissione punitur. 126.
Num Dominus Vasallum adulterum deprehensum licitè occidat? 127.
De Vasallo necante Dominum adulterum. 128. 129.
Non æqualis est Mariti atq; Uxoris potestas tori violationem ulciscendi. 130.
Seu Viro, seu femina moriente, solvitur Conjugium. 131. 132.
Ratio. 133.

Quômodô feudum in successore continuetur? 134.
Heredes Domini contra Vasallum ad privationem agere nequeunt. 135.
Nec Mariti heres contra Uxorem adulteram validè agit, ut ipsa dote privetur. 136.
Vasalli quoq; heredem actionem super feudi privatione contra Dominum non habere, e usu matrimoniali simili firmatur. 137.
Quando tamen Domini & mariti heredes contra Vasallum & Uxorem validè agant? 138.
Quando contra Vasalli & Uxoris heredes rectè agatur? 139.
Conclusio. 140.
Subnexa formula precativa. 141.

I.

1 BEne concordantia matrimonia turbari non debent *l.* 1. *§.* 5. *ff. de liberis exhib.* Et *omni lucro praeferenda est concordia maritalis, l.* 5. *C. de instit. & substit.* dura enim atque acerba inter Conjuges seperatio est, *arg. l.* 12. *§.* 7. *ff. de instr. vel instrum.* vocaturque *Con-*
2 *jugium individua vitae consuetudo,* §. 1. *J. de patr. potest.* Sic nec vinculum inter Dominum & Vasallum temerè dissolvendum, quia, ut perpetuò duraret, & usque ad dies vitae producèretur,
3 constitutum est, *1. feud.* 1. *§.* 1. Si enim *non convenit, filium temporalem habere, l.* 34. *ff. de adopt.* nec decebit habere Uxorem vel Vasallum temporalem; quidquid sit de *subditis temporari-*
4 *is,* vid. *Dn.* à Rhez. *Inst. J. publ. lib.* 2. *tit.* 19. *§.* 8. Verùm *quid erit stabile inter homines?* quaerit ipse Imperator, *quid ita immobile, ut nullam patiatur mutationem, cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat, Nov.* 7. *c.* 2. *pr.* cùm *rerum humanarum vicissitudo sit, vitaq; inconstans atq; multiformis status, Nov. Leon.* 1. *proöem?* Causas igitur, ob quas Conjugium Feudalitium solvitur, praecipuas, quotquot verum & proprium conjugium ὁδηγῶν *nobis monstrabit, perpendemus.*

5 II. Non autem huc pertinet *feudum Aperturae* seu aperibile, uti quidem germana appellatio **Auffgebig-Lehen/** Wurm-

Wurmser, *de feud. improp. cl. 3. sect. 20. n. 28.* seducere posset eum, qui illud hac conditione conferri ignorat, ut locô servitiorum tempore belli aperiatur certa arx vel castrum Domino extra territorium ipsius situm; unde est jus *Aperturæ* die Oeffnung/das Oeffnungs-Recht/ *Dn.* Struv. *c. 4. §. 21.* Cui est proximum quod olim Paganis pudor Virginum & partus nuptarum sub clavibus *Jani Portuni* & *Patulcii* esse creditus 6
sit; indeque sponsum sponsæ clavem dare, usu obtinuerit, *Jacob.* Masen, *Specul. Imag. c. 77. n. 15.* Traditæ autem claves in divortio rursus adimebantur, vel etiam ultrò remittebantur, Rittersh. *part. feud. lib. 1. c. 8. q. 30.* conf. *Idem in Novell. p. 227. n. 1.* Oblatio clavium, die Schlüssel entgegentragen/ signum est 7
non nudi vasallagii, sed subjectionis, & supremæ potestatis, Besold. *Thes. Pr. contin.* Diether. *lit. S. n. 39.* Omnes itaque omnium rerum claves novæ nuptæ semper haud concedantur, nisi si contra *l. 62. ff. de ædil. edict.* & *l. 50. ff. de rejud.* liberalitatis suæ maritus pœnam pati velit; sed hoc ex incidenti. Quem- 8
admodùm etiam vitium vel defectus superveniens, quamvis ab initio existens meritò contrahendum impedivisset; matrimonium contractum tamen non rescindit, quia *nihil tam humanum, est quàm fortuitis casibus mulieris Maritum, vel* 9
Uxorem Viri participem esse, l. 22. §. 7. ff. soluto matrim. Ita quidem furiosus, cœcus, surdus & mutus, vel aliâ imperfectione laborantes à successione feudi excluduntur, *1. feud. 6. §. mutus.* 10
2. feud. 36. in fin. Quod si tamen feudum semel justè illis quæsitum, ob supervenientem casum non est adimendum, *arg. §. 1. in fin. J. quib. non est permis. fac. test. Franci.* Sonsbec. *de feud. part. 12. n. 132. seqq. Dn.* Struv. *Synt. J. feud. c. 9. th. 10. n. 5.* multa enim rem fieri impediunt, quæ factam non infringunt, *c. Quemadmodùm. 25. X. de jurejur.* Uti communiter statuunt *Dd.* vid. *Dn.* Stryk. *Tract. de Jure Sens. disser. 2. n. 52. & seqq.*

11 *& dissert.4.n.71.* Atque hoc obtinebit, si quis casu factus sit in-
habilis, nulla sua culpa accedente, conf. *Baro* Schenck *tr. de*
12 *feud.lib.1.tit.6.n.5.* Eos verò inter, qui se ipsos reddunt inha-
biles, & ille censetur, qui habitum religionis assumsit, Cle-
ricusque factus est, qui etiam feudum antè acquisitum perdit,
13 *2 feud.30.* in fin. Cujus ratio dicitur, quod ejusmodi Vasallus
desiit esse miles seculi, quia factus est miles Christi, 2.feud.21. 2.
feud.26.§ qui clericus. ergò *miles Christi serviat Christo, milites*
seculi serviant seculo, 2.feud.109. nam, secundùm vulgatum:
Pastor cambucam, sambucam fert phaleratus.
14 Mirum autem videri poterat, cur beneficium debeat amitte-
re, qui culpæ nullius potest accusari; imò qui potiùs præmiô
15 dignus, quod seculo renunciaverit. Ubi tenendum est, *multa*
fieri sine culpa, quæ tamen non fiunt sine causa, c. sine culpa. 23. de
16 *R.J.in 6.* causam verò habeas ex *2.feud.21.in fin.* Aut dicendum
cum Gothofr. ad *Nov.5.c.2.§.1.lit.K. non omnes esse Clericos, qui*
volunt videri, multi enim palliô sanctitatem mentiuntur, qui id-
circò non parùm culpæ committunt. (Singulariter & in specie
hic Clericorum causam perorans defendensque conferri me-
17 retur *Baro* Schenk. *de feud.lib.2.tit.21.*) Verùm quod hodie a-
pud nos feuda hanc ob causam non amittantur, monet *Dn.*
18 Struv. *Synt.J.feud.c.15.aph.7.* Nisi fortè quis fiat Monachus, *Dn.*
Carpz. *c.28.def.3.num.2.* confer Sachsen Spiegel *lib.1.art.25.*
Wer ein Mönch wird/ hat damit den Herr-Schild nieder-
19 geleget. Nam & *maritus monachismum profitens, quantum ad*
Matrimonium videtur mori aliud pro alio vitæ eligens iter. Nov.
22.c.5.
20 III. Quantumvis *nihil tam naturale* sit, *quàm eô genere quic-*
quid dissolvere, quô colligatum est. l.35.ff.de R.J. attamen matri-
monium solô dissensu nequit dissolvi, quia *spiritualia faciliùs*
construuntur, quàm destruuntur, &, quos Deus conjunxit, homo
21 *non debet separare, c.2.X.de transl. Episc.* Vasallus autem *feu-*
dum

dum in manus Domini refutare poteſt, *2.feud.9.* & 14. quâ factâ
refutatione, Conjugii Feudalitii nexus ſolvitũr, *arg.2.feud.38.*
& *Dominici juris non niſi ſcintillæ quædam ac reliquiæ manent*,
Hattys. *Anal.J.feud.c.11. lit d.* De matrimonio caſtitatis con- 22
cupiſcentiâ diſſolvendo, nec non diſſolvendo *bona gratiâ*, uti
patriâ linguâ id eſt Romana dicitur, *Nov. 140.* quæ jure civili
permissa ſunt, vid. *l. un.* §. *ult.C. de rei Ux. act. Nov.* 117.*c.*10. &
*Nov.*22.*c.*4. & *5.*

IV. Per biennii præſcriptionem Sponſa liberatur, ſi an- 23
te hujus ſpatii decurſum finem Sponſus nuptias exequi ſuper-
ſederit, *l. 2. C. de Sponſal.* conf. *Dn.* Strauch. *Disſert.* 2. *th.6.*
Quamdiu Uxor Maritum malitioſè abſentem expectare te- 24
neatur, fusè tractat Finckelth. *obſ.*100.*n.* 111. Certè *prima* id eſt 25
principalis cauſa diſſolvendi nexûs feudalitii exiſtimatur, ſi
Vaſallus intra annum & diem à facta mutatione inveſtituræ
renovationem petere neglexerit, *2.feud.*24.pr. Vel Dominus pe- 26
tentem intra legitimum tempus non inveſtierit; qui enim ter-
minus ad petendam renovationem Vaſallo eſt præfixus, idem
Domino ad concedendam, adeò ut hic proprietate ipſâ, ille
feudi jure cadat, Ludvv. *Tr. de renovat. inveſt.p.* 391. Porrò et- 27
iam Dominus feudum jure pleni dominii, tacente & non
contradicente Vaſallo, per 30. annos posſidendò utile domi- 28
nium contra Vaſallum præſcribit. Uti Vaſallus intra idem
temporis ſpatium rem ùt allodialem tenendo, Domino ſervi-
tia nulla exigente, directum dominium præſcribit, *Dn.* Struv.
*C.*15. *aph.*3.*n.* 4.5. quod dicitur *conſolidatio*, *Dn*, Rittersh. *par-
tit. feud. lib.*2.*c.*5.*q.*2. Sicque feudum per præſcriptionem diſ-
ſolvitur.

V. At cauſas, ob quas Dominus & Vaſallus velùt ſepa- 29
rantur omnes enumeratas ſignificare, difficile eſt, quoniam
illæ ſub aliqua certa regula aut definitione rotunda non com-
prehendi posse creduntur, *2.feud.*33. Itidemque plurimæ ju- 30

re civili inventæ sunt causæ, ex quibus nuptiarum solutiones fiunt, *Nov.* 117. *c.* 8. §. conf. *t.t.ff.* & *C. de divort.* Equidem proverbiali schemate circumfertur: *non soli Atridæ amant Uxores suas*, *l.* 13. §. 1. *ff. ad L. Jul. de adult.* attamen quis Maritus obscu-
31 ram umbrosæ & morosæ *Xantbippes* frontem patiatur? Ecquæ Uxor sævientis *Sabini* asperitatem toleret? improbi *Neratii* nequam facinus quænam Conjux perferat? & quis Vir improbissimæ feminæ *Carfaniæ* maledicentiam? Ecquis non potiùs à tam *malo contermino* liberari, vid. Gothofr. *ad l.* 35. §. *ult. lit. s. ff. de contr. emt.* vel tam *malò domesticò*, vid. *L. un.* §. 5. *ff. furti advers. naut.* cupiat? quis tandem cervice suô non excu-
32 tiat intolerabile non Conjugii, *sed Conjurgii* jugum? Ex *iisdem* verò *etiam ingratitudinis & repudii causis vinculum inter Dominum & Vasallum dirimendum esse, quibus matrimonia rectè contracta solvuntur*, κατὰ ῥητὸν constitutum est, 2. *feud.* 24.
33 §. *prædictis modis.* conf. *Casp.* Bitsch. *Comment. ad h.* §. Rittersh. *part. feud. lib.* 2. *c.* 5. *q.* 2. *p.* 371. & *q.* 3. Rationem conspice apud Alvarottum *ibid. not.* 1. quia *de uniformibus meritò uniformiter judicari debet; eadem autem æquitas, quæ cadit in*
34 *matrimonii dissolutione, insurgit etiam in feudi privatione.* Itaque cùm hodie duæ tantùm receptæ sint causæ, quare Conjuges & quoad vinculum separari possint, & dotis donationisque propter nuptias amissio locum habeat, inque conjugem innocentem recidat, *Nov.* 117. *c.* 8. 9. *Adulterium* nempe, & *malitiosa desertio*, Strauch. *Dissert. Just.* 2. §. 26. & hæ causæ duæ po-
35 tissimùm hic considerabuntur. Nam ipse quoque Feudistarum antesignanus *Obertus de Orto non hic*, inquit, *sufficit omnis occasio, per quam Vasallus accepti beneficii videtur ingratus, sed sunt quædã ut ita dixerim, egregiæ ingratitudinis causæ, quibus feudum secundum mores Curiarum solet amitti*, 2. *feud.* 23. §. *de illa tamen.*
36 VI, Quodcunque verò committat delictum Vasallus, Dominus non potest eum feudô propriâ auctoritate expelle-

re,

re, aut privare de absoluta potentia, sed requiritur ordo judiciarius, Alvarott. in 2. *feud.* 27. §. *quicunque*. 7. *n* 2. Culpa enim in judicio Parium ritè laudanda & probanda, 1 *feud.* 21. & 22. §. 2. Ut ita demum actione legitimè institutâ, & causâ cognitâ, 37
sententia condemnatoria feratur; quæ verè *privatoria*, non tantùm *declaratoria*, est putanda, *Dn.* Struv. *c.* 15. *aphor.* 11. *n.* 3. Uti conjugibus non licet mox se ipsos ab invicem separare, 38
quamvis adulterii vel desertionis liquida in alterutro causa adsit; sed separatio coram Consistorio debitè petenda, processus desertionis formandus, & sententia expectanda, *B.* Brunn. *J. Eccles. lib.* 2. *c.* 17. & *Dn.* Stryk. *in addit. ad d. lib.* 2. *c.* 17. §. 31. Nec e- 39
nim nisi in feudo alienato Vasallus ob feloniam ipsô jure feudum amittit, *Dn.* Struv. *d. C.* 15. *aph.* 11. Quod ratione ex legibus 40
de Maris & Feminæ conjunctione confirmat *Joan. Thom.* de Marinis *tr. de feud. tit.* 2. *n.* 62. quia, ubicunque non exprimitur verbum ipsô jure, vel ipso factô, vel æquipollens, cum tractatur de poena, semper intelligitur per sententiam, secundùm Bald. in *l. si qua.* 2. *C de secund. nupt.* conf. *l.* 3. *C. de incest. & inut. nupt.*

VII. Nunc primùm videamus, quomodò malitiosâ de- 41
sertione Conjugium nostrum Feudalitium dirimatur. Certè, uti modò feci mentionem, non simplariam aut levem ob causam dividi & separari Conjuges debent. Et, cui semel investituram fecit Dominus, non tam facilè rursus exuere vestimentum potest, quàm servo in *l* 25. *ff. de pecul.* semel enim investitus non est injuste devestiendus, 1. *feud.* 7 & 3. *feud.* 1. §. *illis verò.* nec infestucatus exfestucandus; consule de his vocabb. Hotomann. *de Verb. feud.* Si tamen priùs alter Conjugum alte- 42
rum deseruit animô malitiosô; & vel *Domino malefidus*, vel *Vasallus perfidus* & *perjurus* evasit, 2. *feud.* 6. *in fin.* æquitatis ratio permittit, ut fidem frangenti fides frangatur, *l. Cum proponas.* 21. *C. de pact.* sicque *in eo quis puniatur, in quo deliquit, Auth. omnes peregrini, C. comm. de success. frustrà enim sibi fidem*

dem ab alio postulat, qui ipse fidem minimè servat, c. 75. de R. J. in
43 6. Quando ergò Vasallus Dominum *justè guerram* alicui *facientem* non adjuvit, *2. feud. 28. sed indictâ expeditione publicâ vocatus ad ipsum defendendum veniri supersedit, 2. feud. 55. §. 1.* vel *Dominum suum, cum quo ad prælium ivit, in acie periclitantem dimisit, 1. feud. 5. pr. 2. feud.* 24. §. 2. feloniam committit, & tanquam malitiosè deserens feudò privatur. Conf. *Disp. Dn.* Stryk. *de Vasallo Desertore.*
44 VIII. Sed redit hìc dubium jam suprà objectum, scil. Vasallo vicem Uxoris in conjugio præsenti symbolico tenente, παράδοξον esse, incumbere eidem defensionem Domini sui, quia de feudi Viros ab Uxoribus, minùs convenire putatur
45 §. 2. *J. de injur.* cùm defensio masculorum sit, *l. 2. ff. de injur.* Immò aliquando certi loci defensio ratione feudi Vasallo committitur expressè; ùt est in feudo *Advocatiæ*, quò provincia, urbs, vel Ecclesia alicui defendenda incumbit. Qualis defensor seu Advocatus dicitur ein Voigt / Schutz-Herr / oder Vogtey-Herr / *Dn.* Struv. *Synt. J. feud. c. 4.* §. 20. hucque am-
46 pliùs spectant vocabb. Schirm-Vogt / Burck-Vogt. Maritus verò stylô quoque Cameræ Imp. appellatur Ehe-Vogt / velùt qui est procurator, & defensor Uxoris, vid. *Paul Matth.*
47 Wehn. *Pr. Obs. lit. E.* in Ehe-Vogts Namen. Et in feudo *Gastaldiæ* Vasallus nominatur Gastaldus h.e. actor vel procurator rei Dominicæ, *Casp.* Bitsch. *ad pr. 1. feud.* 2. Cui optimè respondet, quod Maritus bonorum Uxoris administrator sit
48 legitimus, per *L. ult. C. de pact. convent.* De feudo *Custodiæ* vel *Guardiæ idem* Bitsch. conferatur, qui vel à German. bewahren / vel à vet. voce warden deductum refert. Quò pariter facit, & Maritum Jure Saxon. Uxoris curatorem esse, vid. Land-Recht *lib. 1. art. 31. ibi;* Wann ein Mann ein Weib nimt / nimt er Sie in seine Gewehr / und alle ihre Güter in rechter Vormundschafft / conf. *Joan.* Cöpp. *Observ. pr.*
lib.

lib.1.Observ.58.n.10. Ergò aut Vasallus pro femina non stabit, 49
conf. omninò *sup. Cap.II.§.VI.* aut *Dominum campestre prælium habentem sequi, atq; in acie eidem succurrere, 1.feud.5 pr.* non
cogetur; sicq nec jure feudi indignus fiet, quia exigenti aliquid
sibi non conveniens impunè denegatur, *arg.l.ult.ff.de jurisd.*
Verùm regeritur ad hoc, non attendere jus feudale subtilita- 50
tem juris civilis, vid. Ludvv. *tr.de feud. p.52.* sed potiùs ratio-
tionem naturalem, quæ ipsa & feminæ injungit, Conjugi suo
in quovis vitæ atque honoris discrimine assistere, quoniam
non decet à capite membrum discedere, c.1.dist.11. Tum quoque 51
dictus §.2.*J.de injur.* suas patitur exceptiones; nempe si injuria
Marito illata tangat etiam personam Uxoris, *arg.l.5.C.de his,* 52
qui accus.non poss. junctâ *l.29.pr.ff.ad.L.Jul.de adult.* poteśtque
Uxor Maritum, qui in servitute detinetur, in libertatem vindi-
care, *l. Ampliùs.3.§.2.ff.de liberali causa.* Unde ampliùs probat
Gail. *lib.1. obs. 133. n. 8.* posse Uxorem se se interponere pro
Marito, & eum defendere, ut libertati restituatur, & à carce-
re liberetur; *Idemq;* testatur de praxi Cameræ, quod Uxoribus
ejusmodi casu mandata cum vel sine clausula dentur. Dein 53
tantùm *per posse suum* Vasallus Domino subvenire obligatur,
2.feud.7.§.quod verbum. quô & ἔνστασις illa de fragilitate & in-
firmitate sexûs oppidò prosternitur; namque si fortuita impo-
tentia contingat Vasallo, aut eâ is membrorum habitudine
est, ut aliter juvare Dominum non possit, clamore saltem cie-
re, & advocare auxiliaturos necessum habet, Gothofr. ad *1.*
feud.5.pr. lit.d. & *1 feud.21.lit.l.* Quod perbene callent fæminæ 54
in omni ferè infortunio & periculo vocem locô auxilij, & pro
armis adhibere solitæ; unde etiam ancillæ exprobratur, quæ
in eodem conclavi cum Domina sua fuerat, potuisse eam au-
xilium ferre, si non corpore, certè proclamando, ut domesti-
ci, vel vicini audirent, *l.1.§.28. ff.de SCt. Silan.* Tum quo- 55
que ipsa femina Domino fidelis manere, & ne inimicis ejus

ſuas amicitias copulet, cavere, *2.feud.*57. aliaque Vaſalli officia ſubire poterit, ita ut eadem non explens hoc amisſione feudi luat, vid. *2.feud.* 24.§.2. vers. *prætereà ſi*. Conf. *l. 48. pr. ff. de*
56 *oper. libert.* ubi Uxorem ad officia teneri Marito probatur. Immò tale plerumque ſervitium Vaſallo injungi ſolet, quod ipſe commodè poteſt expedire; vel indulgetur ei facultas per ſubſtitutum præſtandi, uti in feudo feminino clarum manife-
57 ſtumque eſt. In genere autem cujuscunque debiti ſervitii recuſatio caducitatis pœnâ plectitur, 2. *feud.* 24. §.2. *vers. ſed non eſt alia.* nam & ſic habet animum deſerendi malitiosè Domi-
58 num Vaſallus. Quod declaratur inde, quia aliás etiam deſertioni comparatur denegatio debiti conjugalis, uti ob hanc quoque cauſam quoad vinculum rectè disſolvatur matrimonium, referente *Dn.* Richt, *Vol.2.part.*1. conſ. *26.*
59 IX. Quemadmodum tamen, ſi Uxor misſò per calorem repudiò à Marito diſcedat, brevi reverſa divortisſe non videtur, *l. Divortium. 3. ff. de divort. & repud.* quia ſic non intercesſit *divortium*; ſed tantùm *fribuſculum*, h. e. de re frivola ſubitanea ira, & jurgium, *l. 32. §.12. ff. de donat. inter V. & Uxor.*
60 Similem in modum *non ex omni culpa, & ingratitudine, per quam eſt inobediens Domino Vaſallus, & ſic apud bonos & graves Dominos & Viros ejus opinio gravatur & fama, quod ſit inobediens, perdit feudum*, *2.feud.24.* §.2. vers. *illud certum.* *Andr.* ab
61 Iſern. *h. l. n. 7.8.* Sic etſi initiò Vaſallus ex ſui quadam animi feſtinatione dicto audiens vocanti Domino non ſit, & in expeditione ſpatiò competenti venire differat, *2.feud.* 55. § 1. quando tamen mox pœnitentiâ ductus ſe ſiſtit, veniam merebitur, *neq; enim magnum damnum eſt in mora modici temporis*, *l. 21. ff.*
62 *de judic.* Imò quamvis ipsâ fervente acie Dominum dereliquerit, & vel metu amittendæ vitæ vel propter crudelitatem hoſtium fugâ ſe explicaverit, ſi tamen rediit ad Dominum, quàm primùm potuit, dereliquisſe non putabitur, vid. *Ma-*

rin.

*rin.*Frecc.*comment.feud.lib.2.p.252.n.13.*qui hoc inter alia illustrat per *l.plerięq.33.ff.de ritu nupt.*ubi mulier mox ad maritum revertens, divertere non dicitur; sed *idem id esse matrimonium.* Adhæc non est vera ac manifesta contumacia in Vasallo; qui citatus respondet:*credo me non venturum,Dn.* Schrader,*part.9.c.7.n.70.*unde *superveniens obedientia facilè purgat culpam præcedentem,* quæ in utroque jure feudata regula est. 63
64
Nec Vasallus ob conventionem de alienando citra Domini consensum, reali traditione non secutâ, privationis pœnam incurrit, *Dn.* Struv,*c.13.aphor.9.n.5.* Et quod magis est, modò 65
alienatam possessionem incontinenti recuperet, feudum eum retinere Dd.plurimi volunt, Ludvv. *Synop.J.feud.c.17.p.353.* Referenda etiam huc est notabilis & perpulchra Jur. feudalis 66
distinctio inter *velle,* & *laborare*, adeò ut, si voluerit Vasallus Dominum offendere, sed non laboraverit, feudum non amittat, *2.feud.51.§.2.Non* enim *punitur affectus, nisi sequatur effectus, Matth.*de Afflict. *b.l.* & pœnitentia in delictis nondum consummatis excusat, vid. Rittersh.*partit.J feud.lib.2.c.5. q.5. in fin.*& *q.6.* E contrario autem si Vasallus consultò & perniciosè delinquendo perseverat, in obstinaci inobedientia & offensione ἐκ προαιρέσεως persistens, nec per culpæ aut moræ purgationem, quatenus ei locus relinquitur, sibi consulens, vid. *Dn.*Schrad.*part.9.c.7.n.67.* & *part.9.part.princ.2.sect.14. n.64.* & *alibi*, cum ex perseverantia appareat ejusdem animus malitiosè deserendi, *arg.l.48.ff.de R.J.* justissimè certè abdicatur Vasallus, & repudiatur, omnique Domini beneficiò exuitur. Quæ enim *Conjux prioris est oblita Mariti, non rursus ex priori adjuvabitur,Nov.22.c.36.* Quia cum, & aliàs *fidem fallere grave* sit, *l.1.pr.ff.de constit.pecun.* & *infame,l.41.C.de transact.* tantò gravius hoc vindicandum, quantò majori & sanctiori obligatione personæ v.c. Conjuges fidem sibi invicem stipulati sunt, *arg.c.cum quidem.12.X.de jurejur.* Et minorem do- 67
68
69
70

lorem mala ingerunt, quæ ab extraneo inferuntur; *plus vierò ea tormenta sæviunt, quæ ab illis patimur, de quorum mentibus bene præsumebamus*, *Matth.* de Afflict. *in* 1. *feud.* 5. §. *item si fidelis. n.* 3, in fin. charitas enim debet nos defendere & juvare, non injuriare & impugnare, *arg. l. vindicantem.* 17. *ff. de Evict.*
71 Quâ occasione insimul observandum, quod annotat *Marin.* Frecc. *lib.* 2. *comment. feud. de different. inter feud. regal. titul. & alia &c. p* 323. majorem pœnam imponi Baronibus, qui pacem frangunt, quàm minoribus feudatariis; &, licet magna & parva feuda à pari procedant, in hoc tamen differre.
72 X. Jam quomodô adulteriò solvatur Conjugium Feudalitium, attendamus. Ante verò, quàm hoc explicare ingrediar, de ipso etiam Domino desertore paucissimis agam, necesse est. Jus autem feudale vel unô oculô inspicienti patet, tam à Domino quàm Vasallo feloniam committi posse, 2. *feud.* 26. §. *Domino.* 2. *feud.* 47. paria enim jura in Domino & Vasallo
73 consistunt, Schrad. *p.* 7. *c.* 4. *n.* 70. Proinde etiam Dominus renuens Vasallo in periculo versanti subvenire, atque opem ferre, excidit feudi proprietate, Ludvv. *Synops. J. feud. c.* 15. in fin. & in summa, quibus ex causis Vasallus feudô privatur, ex iisdem causis id Dominus quoque amittere debet, *Conr.* Rittersh.
74 *in part. feud. lib.* 2. *c.* 7. *q.* 1. De pœna Mariti, qui Uxorem ægrotantem negligit, tempore pestis secum non abducit, vel è dolore partûs laborantem deserit, de obstetrice aut aliis non prospiciendo, vid. *Dn.* Stryk. *in addit. ad J. Eccles.* Brunnem. *lib.*
75 2. *c.* 17. §. 32. Sed rarissimè & ferè nunquam proprietate suâ exui Dominos, quotidianam experientiam testem provocat *Dn.*
76 Eybenius *in Elect. J. feud. c.* 11. §. 10. in fin. Cujus rationem dat Rittersh. *d. c.* 7. *q.* 1. quia *plerumq. Domini sunt potentiores, & legum & judiciorum telas, tanquàm aranearum vespæ & crabrones, vi perrumpunt, in quibus imbecilliores, quasi muscæ &*
77 *culices, ferè adhærescunt.* Verùm hæc magis occasione facti

quàm

quàm juris contingunt, quamobrem regulam non constituunt. Quanquàm nec desint, qui existimant, moribus non 78
facilè solere etiam ratione Vasalli super commisso, & feudi privatione pronunciari, conf. Rittersh. *lib.2.c.5.q.4.* Rosenth. *c.10.concl.29 n.55.* Certè inter Virum atque Uxorem ratione se- 79
parationis ex capite malitiosæ desertionis discrimen est nullum, *arg. l.8.§.3.C. de repud.* ibi: *Vir quoq; pari fine claudetur;* nisi fortè, quod diutiùs expectare femina debeat; antequam alii rursus nubat, *arg. l.9.ff. de his qui not.* Conf. Gothofr. *ad d.l.8.§.3.lit.X.* De Vasallo in dotem dato singulare est, quod, 80
Uxore & Marito servitiô ejus simul egentibus, à pœna excusetur Vasallus, si Marito potiùs, omissâ Dominâ, succurrerit, Rosenthal. *c.8. concl.19.n.8.*

XI. In Adulterio, quô Conjugium dissolvitur, tantùm 81
abest, ut Maritô præ Femina impunitatis prærogativa vel privilegium aliquod competat, ut etiam ipse Dominus, si Uxorem vel Sponsam Vasalli adulteraverit ejusve filiam, sororemve amore venereô dilexerit, & constupraverit, feudi directô dominiô sit privandus, Rittersh. *part.feud.lib.2.c.7.q.2.* Uti e- 82
nim fundamentô innititur nullô, quod majorem in Uxore castitatem, quàm in Viro communiter Dd. exigunt, tanquàm si impudicitia mulierum longè sit detestabilior, fœdiorque, quàm masculorum, arg. *l.un.C.de mul.quæ servis propr.se junx.* collatâ *l.ult.C.comm.de manumiss.* Conf. *& sup.Cap.III.§.XV.* vid. *Johann.* Gœdd *l.101.n 4 de V.Signif.* ita prorsus etiam ἀνακόλυθον est, Marito, & Maritum præsentanti Domino feudi 83
magis esse connivendum. Ut taceam, non minùs Feudistis satyrici quid à parte Maritorum verendum esse, atque pati debet à parte Uxorum Justinianus Imperator, *Uxorius* dictus Sutholtio *Dissert. ult. Coroll. 13.* quod adulterii pœnam in femina mitigaverit, *Nov.134.c.10.* conf. *Auth.sed hodie. C. ad. L. Jul. de Adult.* Nec alicujus est ponderis, quando adulterium ex- 84

persona patiente æstimandum vulgò Dd, autumant, *per. l.18. C.ad.L jul. de adult.* adeò ut jure civili Maritus non cum soluta; uxor verò omninò etiam cum soluto adulterium committat: nam & & illo casu adulterium esse jure civili, statuitur *Dn.* Philippi *usu pr. Inst. Eccl. 81. n. 2. & seq. lib. 4. tit. 18.*

85 XII. Sed de adulterio Conjugii Feudalitii dissolutionis causa sermonem continuo. Apertissimi namque juris est, feudum amitti, si Vasallus Dominum *cucurbitaverit*, 1. *feud.* 5. §. *item si.* & 2. *feud.* 57. vel ut alii dicunt *cuculitaverit*, Ger-
86 manni dicunt, zum Hahnrey machen. Hoc autem cucurbitandi vocabulô Feudistæ complexi sunt omnes libidinum effrænatarum impuritates, quas præter Uxorem in personas potestati, affectuique Domini subjectas Vasallus emisit, Rittersh. *lib. 2. c. 5. q. 92.* puta si Dominicæ filiæ, nepti ex filio, nurui, vel sorori Domini in domo adhuc manenti, quæ *in capillo*, id est innupta, dicitur, sese immiscuerit, 2. *feud.* 24. §. *rursus.* eas impudicè tangendo, assectando, earumve pudiciti-
87 am attentando. Rationem ejus nemo nosse cupiet, quia norunt omnes: quod Vasallus Dominum *cucurbitans*, seu Uxorem ejus adulterio polluens æstimet eundem pro homine ἀργῷ seu stupido & inerti, vid. Hotomann. *de Verb. feud. voc. cucurbitare*, qui habeat velùt *pro capite cucurbitam*, & *peponem loco cordis*, Rittersh. *d. l.* quæ gravissima in Dominum est
88 injuria & contumelia. Nec minùs in personis suorum hæc eundem afficit, *arg.* §. 7. *J. de nox. action. l. 8.* §. *ult. ff. quod met. caus.* quid enim ęgriùs ferat bonus paterfam. quàm per scelerata stupra tam insignem domesticæ turpitudinis notam sibi
89 inuri? Unde & *Virginius* quidam nomine castitatem filiæ vitæ quoque ejus præferendam putasse, arreptôque cultrô de taberna lanionis filiam interfecisse dicitur, ut morte virginis contumeliam stupri arceret, *l. 2.* §. *24. de orig. Jur.* Et miratur i-
90 pse Gothofr. quare Vasallus fratrem Domini internecioni
dans

dans feudô non privetur, *c.1.an ille qui interfec. frat. Domin. 2. feud.37.* privetur autem, si sororem Domini constupraverit? Gothofr. *ad 2. feud. 24.§ rursus. lit.r.* Atqui reverentiam ho- 91
noremque Domino Vasallus debet, & clausulam honesti in forma fidelitatis expressam diligenter observare tenetur, *2. feud.6.* versic. *honestum.* De quo jure & Domini familia par- 92
ticipat, ut etiam illi debitus honor tribuendus sit, nec contra honestatem, quidquam in eam comittendum, quia hæc omnia in personam Domini redundant.

XIII. Ampliantur jam dicta notabiliter, ut adhuc a- 93
missionis feudi infligatur pœna, si Vasallus cum Uxore Domini *turpiter luserit, 1. feud. 5. §. item si.* non-tangenda tetigerit, Stryk. *de Jure fens. dissert.7. c.ult.n.24.* vel osculum luxuriosum fixerit, *Matth. de Afflict. in d. text. 1. feud.5.n.1.* Quod & 94
tunc verum esse, declarat Rosenthalius, etiamsi ex turpi illo lusu adulterium præsumtivè non sit probatum, vel etiam manifestò constet, id non esse secutum; Adducitque ex Dec. 95
in rubr. C. de edend. n. 2. in vero conjugio Uxorem propter osculum vel tactum impudicum aliter dotem non amittere. Adeò *ut diversa inter dotem & feudum hoc casu ratio sit, quia Vasallus* ob *inhonestas injurias in Dominum commissas feudum amittit, non item Uxor dotem*, Rosenth. *c. 10. concl. 28. n.5.* Ista tamen de osculo thesis tum pro more regionis, tum pro 96
distinctione osculorum est accipienda, Rittersh. *part. feud. lib. 2. c.5. q. 95.*

XIV. Perinde autem est, an sit ipse Vasallus adulter, & 97
cubet ipse cuculus, vid. Hotomann. *de Verb. feud.* voc. *cucurb.* in fin. an agat accipitrem, conf. *Guil.* Forner. *comment. de feud. p. 101.* tanquàm emissarius Domini Uxorem alii adulterandam procurans, sicque turpissimum lenocinium exercens, *Andr.* ab Isern. *1. feud.5.n.12.* Namque etiam similiex causa li- 98
citum esse Uxori à Marito divortium, notat Alvarottus. *in 2. feud.*

2.feud. 24. versic. *item si delator. num. 11.* Conf. *l. 8.* §. *2.C. d. repud.*

99 XV. De quæstione, num etiam Vasallus cum alia, quàm quæ est ex domo seu familia Domini adulterium committens feudi amissione mulctandus sit? εἰς ἑκάτερον disputatur.
100 Affirmandum illud videtur ex ratione, quod adulter seu infamis honestè in Curia Domini stare, eique ministrare nequit; tum qui suæ, suorumvè existimationi ac famæ non pepercit, nec Domini parcet, *arg. l. 3.* §. *6. ff. de bonis eorum, qui mortem &c.* & qui fidem propriè sic dictæ Conjugi promissam temerè violavit, nec Conjugi Domino feudi servaturus creditur; semel enim perfidus, & malus semper præsumitur talis,
101 *c. 6.* & *24. X. de appellat.* Attamen negativam defendunt *Dn.* Rittersh. *part. feud. lib. 2. c. 5. q. 123.* & *alii.* Utramque verò sententiam conciliare intendit Rosenth. *c.* 10. *concl. 36. n.* 44. *seqq.*

102 XVI. Planè Vasallus, qui existimat cum Domini Uxore, filia, nepte, vel sorore se concumbere; cùm tamen Uxor propria in loco ad hoc scelus destinato Viro suo se stiterit, & oscula non adulterina sed sincera ignoranti quidem præbue-
103 rit, feudum non perdit. Quamvis enim ita à Vasallo moraliter utique committatur adulterium etiam cum propria con-
104 juge, hoc tamen in foro pœnali externo non attenditur. Sicuti porrò si femina maritum adhuc in vivis credens se stuprari patiatur à juvene, qui eadem fuit opinione, cùm eodem tempore jam decesserit maritus, in neutrius persona adulterii pœna locum habet, Brunn. ad *L. Genero. 8. n. 3. ff. de his qui not.*
105 E diverso nec feudum perdit Vasallus Uxorem Domini ignoranter adulterando, v. c. quando, ut allegat ex *glos.* Matth. de Afflict. *in 1. feud. 5.* §. *item si fidelis. n. 5. ipsa ivit ad lectum Vasalli de nocte sine lumine, & Vasallus credens esse suam Uxorem, habuit rem cum ea.*

XVII.

XVII. Tanquàm in transitu hic consideratur, propter 106
abusum vel insignem feudi deteriorationem saltem dolô vel latâ culpâ Vasalli factam eundem repudiari posse, *Dn.* Schrader. *p.9.c.6.n. 68.* Juris enim abusus punitur amissione juris per vulgata, conf. Alvarott. *in 2. feud. 27. §. quicunq.* 7. Sicùt 107
etiam legitima & justa separationis causa est, quando Maritus *Uxore* suâ, quæ dicitur *fundus fœcundus*, *Nov. Leon. 98.* per lenocinium abuti, ejusque castitatem aliis prostituere audet, *arg l.8.§.2.C de repud.* Nam aliàs quoque mater *solo* comparatur, & vis patris *sato*, *Jacob.* Cujac. *ad §. 4. J. de J. person.* Et 108
Uxor etiam constante matrimonio dotem potest repetere, si Maritus vel dolô vel culpâ ad inopiam vergat, & bona dissipet, *l.24.pr.ff. solut. matrim. l.29. C. de jure dot.*

XVIII. Ut quoque sciamus, ad quem pertineat feudum 109
delictô vel culpâ Domini, aut Vasalli apertum: res est confecta: Domino feloniam committente, proprietatem indistinctè Vasallo applicari, Ludvv. *Tr. de feud. c. 18. p.* 382. Vasallo au- 110
tem delinquente, distinctio est adhibenda, ut, si quid in alium extraneum sit commissum, Vasalli successori seu proximo agnato feudum aperiatur; sin peccatum fuerit in Dominum, ad eundem feudum revertatur, *ut hanc saltem habeat contemtûs atq; injuriæ suæ ultionem*, per textum expressum *2. feud. 24. §. deniq.. quasi ad solatium*, sicùt cum eleganti glossa d.l. eleganter connotat *Dn.* Rittersh. *lib. 2. c. 6. q.* 22. Modô abhinc 111
non diversô, justâq; inter Conjuges divortii causâ existente, pars innocens & læsa lucro habet dotem, ante nuptialem donationem, & tantum ex alia Mariti vel Uxoris substantia, quantum dotis vel donationis propter nuptias tertia pars esse cogoscitur, *idq; pro tali injuria*, ùt loquitur *Nov.* 117. *c.* 9. *§.* 5. Quod optimè illustrat Leo Imperator *Nov.* 32. hisce verbis: *quoniam maritum pro tanta injuria citra consolationem relinqui non oportet; in matrimonii jus injuriæ mulieris dotem percipiendo se consolator.*

112 XIX. Quia verò *inhumanum* putatur, *veniæ nullam esse ra-*
tionem, *l. 6. §. 3. ff de his qui not.* potest Conjux innocens re-
mittere injuriam sibi illatam, atque intercedere pro delin-
quente, non solùm ne tori separatio inducatur, sed & ut favo-
re matrimonii pœna condonetur, vel mitigetur, arg *Auth. sed*
113 *hodie. C. ad L. Jul. de adult. Dn.* Carpz. *Pr. Cr. p. 1. q. 55.* Et poterit
Dominus delicti in se perpetrati seu commissæ feloniç veniam
concedere Vasallo; gratia enim potior, & potentior est jure,
114 Gothofr. ad *2. feud. 31. lit. n.* Præsertim cum quodammodò du-
rum & acerbum sit, ob culpam patris delinquentis filios etiam
& agnatos reliquos omnes excludi, quod ita jure feudali scri-
115 ptum est, Rittersh. *lib. 2. c. 6. q. 23. & seqq.* Liberum ergò erit
Domino, gratiam facere, Rittersh. *d. l. q. 30.* minimùm Vasalli
liberis, aut post eorum mortem agnatis feudum relinquere;
quod ad agnatos simpliciter reverti, statuunt *Dn.* Struv. *Synt.*
116 *J. feud. c. 10. aphor. 8. n. 5.* & *Alii.* Quemadmodùm verò non
solùm expressa adulterii remissio impedit divortium, sed &
tacita ex facto seu copula oriunda; nempe si, postquàm delicti
scientiam sibi conparavit Maritus, Uxori nihilominus, coha-
bitaverit carnaliter, debitumvè conjugale præstiterit, *B.*
117 *Brunn. J. Eccles. lib 2. c. 17. th. 20.* Ita pariter Vasallus Domino
censetur reconciliatus, si post commissam caducitatem eum
Dominus etiàmnum appellaverit Vasallum suum, Fidelem,
aut Parem curiæ; nec non si servitia debita & consveta ab eo
receperit, vel tantùm exegerit, Ludvv. *tr. feud. c. ult. p. 420.*
118 *seqq.* Denique ubi Dominus ipse enormem feloniam com-
miserit, nec Vasallo oberit causa amissionis vel repudii; paria
enim & inter Conjuges delicta mutuâ compensatione tollun-
tur, *l. Viro. 39. ff. soluto matrim.* conf. Schrad. *p. 9. c. 4. n. 90. seqq.*
spectatque huc illud Juvenalis: —— frustrà

Clodius accusat mœchum, Catilina Cethegum.

119 XX. Verùm ut supremum fabulæ actum addam ultima-

tò

tò ad id, quod omnium rerum ultimum eſt, me converto, mortem ſcilicet. Nam *matrimoniorum terminum, quæ omnia ſimiliter ſolvit, mors expectat*, dicit Imperator, *Nov. 22. c. 20.* conf. *l.1.ff.de divort. 1.Cor.VII.* Morte itidem Conjugium no- 120
ſtrum Feudalitium dirimitur. Mortem impropriè & abuſivè dictam quod ſpectat; *res* enim *ſunt multæ mortales*, *l.11.§.9. ff. de minor.* Sic interitu rei ipſius in feudum conceſsæ vaſallagii jus extinguitur, quando fundus feudalis chasmate periit, inſula feudalis exuſta &c. Rittersh. *lib. 2. c. 6. q. 9.* Licet, ædibus 121
collapſis vel incendiò conſumtis, adhuc in area feudum ſubſiſtat, Struv. *C. 15. aphor. 4.* quod & de area fundi dotalis nemini dubium eſt.

XXI. Morte violentà & funeſtà nexus feudalis diſſolvi- 122
tur, ſi Vaſallus Dominum *aſſalierit*, *1. feud. 5.* ſeu *inſultaverit*, Alvarott. *h.l.* impias manus in perſonam ejus ingeſſerit, & nefariè ipſi vitam eripuerit, *2. feud. 24. §. 2.* vers. *porro ſi.* (de phraſi juris feudalis *morti inſidiatus*, vid. *Caſp.* Bitſch. *Comm. h.l.1.Notab.*) Quod multi Dd. extendunt ad caſum, quò Vaſal- 123
lus manum tantùm contra Dominum levavit, vid. Ludvv. *Synopſ. J. feud. c. 16. p. 327.* Ipſa enim manûs levatio, ſeu *admenatio*, uti vocatur, ſatis per ſe continet injuriæ, licet verbera non ſequantur, *l. 15. §. 1. ff. de injur.* conf. peculiaris diſſert. *Dn.* Taboris *de Admenatione in Armament. Juſtin.* Facit huc, 124
quod nunquam accepimus, Maritum immorigerum verberibus corrigere, atque emendare Feminæ conceſſum eſſe; tametſi aliquando Maritus leniorem alapam Uxori infligere, & pro ratione commiſſi eam verbis & verberibus caſtigare poſſit, *Dn.* Stryk. *in Addit. ad J. Eccleſ.* Brunnem. *lib. 2. c. 17. §. 31.* conf. *Balth. Conr.* Zahn. *Ichnogr. Municip. c. 34. n. 9.* Cete- 125
rùm machinatio in mortem Conjugis, ſi venenò vel aliter Maritus Uxori, & vice verſâ inſidiatus fuerit, ſufficiens divortii cauſa eſt, arg. *c. 1. X. de divort.* & *l. 8. §. 2. C. de repud.* ibi: *vitæ*

venenô aut gladiô, &c. & §. 3. ibi: *venenô, vel gladiô, aut aliô simili modô insidiatricem* &c. *aut manus audaces sibi pro-*
126 *baverit ingerentem*, conf. *2 feud. 24. §. 2.* vers. *porro si.* Conjux quoque Conjugem interneccioni dans, sive Maritus sive Uxor sit Vasalla, ceu parricida feudô privari potest, Rosenth. *c. 10.*
127 *concl. 36 n.* 11. Quod si autem Dominus invenerit, seu ἐπ' αὐτοφόρῳ Vasallum adulterum cum Uxore sua deprehenderit, licitè eundem occidit, & feudum lucratur, atque hoc secundùm *l. Gracchus. 4. C. ad L. Jul. de adult.* & *l. Marito, 24. ff. eod.* prolixiùs deducit, & confirmat *Matth.* de Afflict. in *1. feud. 5. §. item si fidelis. n. 3.* hoc inter alia utens argumentô, quia *Vasallus per adulterium*, uti inquit, *occidit Domini honorem*; cui addo legem ἐπανορθωτικὴν *3. C. de Episc. aud.* ibi: *homicida,*
128 *quod fecit, expectet.* Vicissim quoque Vasallus Dominum in adulterio Uxoris suæ deprehensum è medio tollens feudum
129 propterea non perdit, Rittersh. *part. feud. lib. 2. c. 5. q. 8.* Ubi tamen communiter statuunt Feudistæ, ab alia pœna extraordinaria non liberari Vasallum etiam adulterum Dominum necantem, arg. *l. 38. §. 9. ff. ad l. Jul. de adult.* vid. *Matt.* de Afflict.
130 *d. l. n. 5.* Schrader. *p. 6. c. 4. n. 92.* Huic forfassis conveniet, non parem Uxori & Marito violati tori vindictam jure permissam reperiri, seu non ita licere Uxori adulteram, atque Marito adulterum deprehensum impunè perimere; *imprimis* enim *Maritum genialis tori vindicem esse oportet*, *l. 30. C. ad. L. Jul. de adult.*

131 XXII. De Morte sicca & naturali quod restat, est eadem ferè tanquàm simultanea rerum & jurium ἀνάλυσις; sive enim *morte viri, sive fine mulieris solvitur matrimonium, Nov. 22. c. 20. pr. Omnibus quippe hominibus terminus vitæ est mors, Nov. 1.*
132 *c. 1. §. 4. in fin.* Unde seu Dominum seu Vasallum fati conditio rapuerit, ruptum quoque erit inter eos vinculum feudale; alterutro vitâ decedente, finitur nexus conjugalis. Nam bene-

benevolentiæ atque amoris obligatio, & fidelitatis jureju- 133
randô facta præstatio, tanquàm personalia cum personâ extinguuntur, Rittersh. *lib.* 1. *c.* 9. *q.* 11. Ut hinc si jus feudi con- 134
tinuari per successores debeat, solennissimè sit renovandum; Es muß das Lehen auffs neu gemuthet werden.

XXIII. Tandem ipsa etiam feudi caducitas solvitur 135
morte Vasalli vel Domini, *Sebast.* Medic. *Tr. Mors omnia solvit. concl.* 43 Nam si de felonia Vasalli Dominus totô vitæ tempore querelam non movit, heredibus ejus non patet via agendi idcircò ad feudi privationem, *Dn.* Schrader. *p.* 2. *part. princ.* 9. *sect.* 10. *n.* 5. Quam decisionem stabilire satagit ipse 136
Schraderus communi Dd. conclusione: heredem Mariti non posse conqueri de adulterio Uxoris hunc in finem, ut ideò dote privetur Uxor eô casu, quò Maritus de adulterio hoc totô vitæ tempore non fuit conquestus, ibid. *n.* 6. Rittersh. *part. feud. lib.* 1. *c.* 1. *q.* 10. Morum enim coërcitio Uxoris ad heredes non pertinet, *l.* 15. §. 1. *ff. solutô matrim.* conf. Goth. *h. d. lit. l.* At- 137
que uti petitio & persecutio illarum pœnarum, quæ in favorem liberorum primi matrimonii contra parentes transeuntes ad secunda vota sunt introductæ, non transeunt ad heredes filiorum, qui de hoc nunquàm querimonium habuerunt; ita etiam heres Vasalli contra Dominum propter delictum perpetratum ad privationem proprietatis actionem intentare nequit, Schrader, *d. sect.* 10. *n.* 6. 7. Hoc autem limitatur in- 138
ter cetera, fallitque, cum pœna privationis ipsô jure inflgitur Vasallo; & cum Dominus jam tum litem instituit, vel commissam feloniam querelâ insecutus est, aut ex justa ignorantia, absentia, aliave causa impeditus fuit, Schrader. *d. l. n.* 7. 8. 10. & 12. Ubi utrumque rursus casum ex convenientia cum causa repudii ex adulterio in vero matrimonio explanat & illustrat; quia nempe dictis modis similiter heres Mariti Uxorem dote privare poterit. Idem quoque de passiva caducitatis actio- 139

lorem mala ingerunt, quæ ab extraneo inferuntur; *plus vero ea tormenta sæviunt, quæ ab illis patimur, de quorum mentibus bene præsumebamus*, *Matth*.de Afflict.*in* 1.*feud*.5.§.*item si fidelis*.*n*.3,in fin. charitas enim debet nos defendere & juvare, non injuriare & impugnare, *arg*.*l*.*vindicantem*.17.*ff*.*de Evict*.
71 Quâ occasione insimul observandum, quod annotat *Marin*. Frecc.*lib*.2.*comment*.*feud*. *de different*. *inter feud*. *regal*. *titul*. *& alia & c*.*p* 323. majorem pœnam imponi Baronibus,qui pacem frangunt, quàm minoribus feudatariis; &,licet magna & parva feuda à pari procedant,in hoc tamen differre.
72 X. Jam quomodô adulteriò solvatur Conjugium Feudalitium,attendamus. Ante verò, quàm hoc explicare ingrediar, de ipso etiam Domino desertore paucissimis agam, necesse est. Jus autem feudale vel unô oculô inspicienti patet, tam à Domino quàm Vasallo feloniam committi posse, 2.*feud*.26.§.*Domino*.2.*feud*. 47.paria enim jura in Domino & Vasallo
73 consistunt,Schrad.*p*.7.*c*.4.*n*.70.Proinde etiam Dominus renuens Vasallo in periculo versanti subvenire,atque opem ferre, excidit feudi proprietate, Ludvv. *Synops*. *J*.*feud*.*c*.15. in fin, & in summa, quibus ex causis Vasallus feudô privatur, ex iisdem causis id Dominus quoque amittere debet,*Conr*.Rittersh.
74 *in part*.*feud*.*lib*.2. *c*.7.*q*.1.De pœna Mariti, qui Uxorem ægrotantem negligit, tempore pestis secum non abducit,vel è dolore partûs laborantem deserit ,de obstetrice aut aliis non prospiciendo, vid. *Dn*.Stryk.*in addit*.*ad J*.*Eccles*.Brunnem.*lib*.
75 2.*c*.17.§.32.Sed rarissimè & ferè nunquam proprietate suâ exui Dominos, quotidianam experientiam testem provocat *Dn*.
76 Eybenius *in Elect*.*J*.*feud*.*c*.11.§.10. in fin. Cujus rationem dat Rittersh, *d*.*c*.7.*q*.1. quia *plerumq*. *Domini sunt potentiores*, *& legum & judiciorum telas*, *tanquàm aranearum vespæ & crabrones*, *vi perrumpunt*, *in quibus imbecilliores*, *quasi muscæ &*
77 *culices*, *ferè adhærescunt*. Verùm hæc magis occasione facti quàm

quàm juris contingunt, quamobrem regulam non constituunt. Quanquàm nec desint, qui existimant, moribus non 78
facilè solere etiam ratione Vasalli super commisso, & feudi privatione pronunciari, conf. Rittersh. *lib.2.c.5.q.4.* Rosenth. *c.10.concl.29 n.55.* Certè inter Virum atque Uxorem ratione se- 79
parationis ex capite malitiosæ desertionis discrimen est nullum, *arg. l.8.§.3.C. de repud.* ibi: *Vir quoq; pari fine claudetur;* nisi fortè, quod diutiùs expectare femina debeat; antequam alii rursus nubat, *arg. l.9.ff. de his qui not.* Conf. Gothofr. *ad d.l.8.§.3.lit.X.* De Vasallo in dotem dato singulare est, quod, 80
Uxore & Marito servitiô ejus simul egentibus, à pœna excusetur Vasallus, si Marito potiùs, omissâ Dominâ, succurrerit, Rosenthal. *c.8. concl.19.n.8.*

XI. In Adulterio, quô Conjugium dissolvitur, tantùm 81
abest, ut Maritô præ Femina impunitatis prærogativa vel privilegium aliquod competat, ut etiam ipse Dominus, si Uxorem vel Sponsam Vasalli adulteraverit ejusve filiam, sororemve amore venereô dilexerit, & constupraverit, feudi directô dominiô sit privandus, Rittersh. *part. feud. lib.2.c.7.q.2.* Uti e- 82
nim fundamentô innititur nullô, quod majorem in Uxore castitatem, quàm in Viro communiter Dd. exigunt, tanquàm si impudicitia mulierum longè sit detestabilior, fœdiorque, quàm masculorum, arg. *l.un.C.de mul.quæ servis propr.se junx.* collatâ *l.ult.C.comm.de manumiss.* Conf. *& sup.Cap.III.§.XV.* vid. *Johann.* Gœdd *l.101.n 4. de V. Signif.* ita prorsus etiam *ἀνακόλουθον* est, Marito, & Maritum præsentanti Domino feudi 83
magis esse connivendum. Ut taceam, non minùs Feudistis satyrici quid à parte Maritorum verendum esse, atque pati debet à parte Uxorum Justinianus Imperator, *Uxorius* dictus Sutholtio *Dissert. ult. Coroll. 13.* quod adulterii pœnam in femina mitigaverit, *Nov.134.c.10.* conf. *Auth.sed hodie. C. ad. L. Jul. de Adult.* Nec alicujus est ponderis, quando adulterium ex- 84

persona patiente æstimandum vulgò Dd, autumant, *per. l.18. C.ad.L jul. de adult.* adeò ut jure civili Maritus non cum soluta; uxor verò omninò etiam cum soluto adulterium committat: nam& & illo casu adulterium esse jure civili, statuitur *Dn.* Philippi *usu pr. Inst. Eccl. 81. n. 2. & seq. lib. 4. tit. 18.*

85 XII. Sed de adulterio Conjugii Feudalitii dissolutionis causa sermonem continuo. Apertissimi namque juris est, feudum amitti, si Vasallus Dominum *cucurbitaverit*, 1. *feud.5.§.item si.&2.feud.57.* vel ut alii dicunt *cuculitaverit*, Ger-
86 manni dicunt, zum Hahnrey machen. Hoc autem cucurbitandi vocabulô Feudistæ complexi sunt omnes libidinum effrænatarum impuritates, quas præter Uxorem in personas potestati, affectuique Domini subjectas Vasallus emisit, Rittersh. *lib. 2. c. 5. q. 92.* puta si Dominicæ filiæ, nepti ex filio, nurui, vel sorori Domini in domo adhuc manenti, quæ *in capillo*, id est innupta, dicitur, se se immiscuerit, *2. feud. 24. §. rursus.* eas impudicè tangendo, assectando, earumve pudiciti-
87 am attentando. Rationem ejus nemo nosse cupiet, quia norunt omnes: quod Vasallus Dominum *cucurbitans*, seu Uxorem ejus adulterio polluens æstimet eundem pro homine ἀργῷ seu stùpido & inerti, vid. Hotomann. *de Verb. feud. voc. cucurbitare*, qui habeat velùt *pro capite cucurbitam*, & *peponem loco cordis*, Rittersh. *d. l.* quæ gravissima in Dominum est
88 injuria & contumelia. Nec minùs in personis suorum hæc eundem afficit, *arg. §. 7. J. de nox. action. l. 8. §. ult. ff. quod met. caus.* quid enim ęgriùs ferat bonus paterfam. quàm per scelerata stupra tam insignem domesticæ turpitudinis notam sibi
89 inuri? Unde & *Virginius* quidam nomine castitatem filiæ vitæ quoque ejus præferendam putasse, arreptôque cultrô de taberna lanionis filiam interfecisse dicitur, ut morte virginis contumeliam stupri arceret, *l. 2. §. 24. de orig. Jur.* Et miratur i-
90 pse Gothofr. quare Vasallus fratrem Domini internecioni dans

dans feudô non privetur, *c.1.an ille qui interfec. frat. Domin. 2. feud.37.* privetur autem, si sororem Domini constupraverit? Gothofr. *ad 2. feud. 24. § rursus. lit. r.* Atqui reverentiam ho- 91
noremque Domino Vasallus debet, & clausulam honesti in forma fidelitatis expressam diligenter observare tenetur, *2. feud. 6.* versic. *honestum.* De quo jure & Domini familia par- 92
ticipat, ut etiam illi debitus honor tribuendus sit, nec contra honestatem, quidquam in eam comittendum, quia hæc omnia in personam Domini redundant.

XIII. Ampliantur jam dicta notabiliter, ut adhuc a- 93
missionis feudi infligatur pœna, si Vasallus cum Uxore Domini *turpiter luserit, 1. feud. 5. §. item si.* non-tangenda tetigerit, Stryk. *de Jure sens. dissert. 7. c. ult. n. 24.* vel osculum luxuriosum fixerit, *Matth. de Afflict. in d. text. 1. feud. 5. n. 1.* Quod & 94
tunc verum esse, declarat Rosenthalius, etiamsi ex turpi illo lusu adulterium præsumtivè non sit probatum, vel etiam manifestò constet, id non esse secutum; Adducitque ex Dec. 95
in rubr. C. de edend. n. 2. in vero conjugio Uxorem propter osculum vel tactum impudicum aliter dotem non amittere. Adeò *ut diversa inter dotem & feudum hoc casu ratio sit, quia Vasallus* ob *inhonestas injurias in Dominum commissas feudum amittit, non item Uxor dotem*, Rosenth. *c. 10. concl. 28. n. 5.* Ista tamen de osculo thesis tum pro more regionis, tum pro 96
distinctione osculorum est accipienda, Rittersh. *part. feud. lib. 2. c. 5. q. 95.*

XIV. Perinde autem est, an sit ipse Vasallus adulter, & 97
cubet ipse cuculus, vid. Hotomann. *de Verb. feud.* voc. *cucurb.* in fin. an agat accipitrem, conf. *Guil.* Forner, *comment. de feud. p. 101.* tanquàm emissarius Domini Uxorem alii adulterandam procurans, sicque turpissimum lenocinium exercens, *Andr.* ab Isern. *1. feud. 5. n. 12.* Namque etiam simili ex causa li- 98
citum esse Uxori à Marito divortium, notat Alvarottus. *in*

2. feud.

2.feud. 24. versic. *item si delator. num. 11.* Conf. *l. 8.* §. *2.C. d. repud.*

99 XV. De quæstione, num etiam Vasallus cum alia, quàm quæ est ex domo seu familia Domini adulterium committens feudi amissione mulctandus sit? εἰς ἑκάτερον disputatur.
100 Affirmandum illud videtur ex ratione, quod adulter seu infamis honestè in Curia Domini stare, eique ministrare nequit; tum qui suæ, suorumvè existimationi ac famæ non pepercit, nec Domini parcet, *arg. l. 3.* §. *6. ff. de bonis eorum, qui mortem &c.* & qui fidem propriè sic dictæ Conjugi promissam temerè violavit, nec Conjugi Domino feudi servaturus creditur; semel enim perfidus, & malus semper præsumitur talis,
101 *c. 6.* & *24. X. de appellat.* Attamen negativam defendunt *Dn.* Rittersh. *part. feud. lib. 2. c. 5. q. 123.* & *alii.* Utramque verò sententiam conciliare intendit Rosenth. *c.* 10. *concl. 36. n.* 44. *seqq.*

102 XVI. Planè Vasallus, qui existimat cum Domini Uxore, filia, nepte, vel sorore se concumbere; cùm tamen Uxor propria in loco ad hoc scelus destinato Viro suo se stiterit, & oscula non adulterina sed sincera ignoranti quidem præbue-
103 rit, feudum non perdit. Quamvis enim ita à Vasallo moraliter utique committatur adulterium etiam cum propria con-
104 juge, hoc tamen in foro pœnali externo non attenditur. Sicuti porrò si femina maritum adhuc in vivis credens se stuprari patiatur à juvene, qui eadem fuit opinione, cùm eodem tempore jam decesserit maritus, in neutrius persona adulterii pœna locum habet, Brunn. ad *L. Genero. 8. n. 3. ff. de his qui not.*
105 E diverso nec feudum perdit Vasallus Uxorem Domini ignoranter adulterando, v.c. quando, ut allegat ex *glos.* Matth. de Afflict. *in 1. feud. 5.* §. *item si fidelis. n. 5. ipsa ivit ad lectum Vasalli de nocte sine lumine, & Vasallus credens esse suam Uxorem, habuit rem cum ea.*

XVII.

XVII. Tanquàm in transitu hic consideratur, propter 106
abusum vel insignem feudi deteriorationem saltem dolò vel
latâ culpâ Vasalli factam eundem repudiari posse, *Dn.* Schrader. *p.9.c.6.n. 68.* Juris enim abusus punitur amissione juris per vulgata, conf. Alvarott. *in 2.feud. 27.§.quicunq.* 7. Sicùt 107
etiam legitima & justa separationis causa est, quando Maritus *Uxore* suâ, quæ dicitur *fundus fœcundus*, *Nov.Leon.98.* per lenocinium abuti, ejusque castitatem aliis prostituere audet, *arg l.8.§.2.C.de repud.* Nam aliàs quoque mater *solo* comparatur, & vis patris *sato*, *Jacob.*Cujac. *ad §. 4.J. de J. person.* Et 108
Uxor etiam constante matrimonio dotem potest repetere, si Maritus vel dolô vel culpâ ad inopiam vergat, & bona dissipet, *l.24.pr.ff.solut.matrim. l.29. C. de jure dot.*

XVIII. Ut quoque sciamus, ad quem pertineat feudum 109
delictô vel culpâ Domini, aut Vasalli apertum: res est confecta: Domino feloniam committente, proprietatem indistinctè Vasallo applicari, Ludvv. *Tr. de feud. c. 18. p. 382.* Vasallo au- 110
tem delinquente, distinctio est adhibenda, ut, si quid in alium extraneum sit commissum, Vasalli successori seu proximo agnato feudum aperiatur; sin peccatum fuerit in Dominum, ad eundem feudum revertatur, *ut hanc saltem habeat contemtûs atq; injuriæ suæ ultionem*, per textum expressum *2.feud. 24.§.deniq. quasi ad solatium*, sicùt cum eleganti glossa d.l. eleganter connotat *Dn.* Rittersh. *lib. 1.c. 6. q. 22.* Modô abhinc 111
non diversô, justâ inter Conjuges divortii causâ existente, pars innocens & læsa lucro habet dotem, ante nuptialem donationem, & tantum ex alia Mariti vel Uxoris substantia, quantum dotis vel donationis propter nuptias tertia pars esse cogoscitur, *idq; pro tali injuria*, ùt loquitur *Nov.117.c.9.§.5.* Quod optimè illustrat Leo Imperator *Nov. 32.* hisce verbis: *quoniam maritum pro tanta injuria citra consolationem relinqui non oportet; in matrimonii jus injuriæ mulieris dotem percipiendo se consolator.*

112 XIX. Quia verò *inhumanum* putatur, *veniæ nullam esse rationem*, *l. 6. §. 3. ff de his qui not.* potest Conjux innocens remittere injuriam sibi illatam, atque intercedere pro delinquente, non solùm ne tori separatio inducatur, sed & ut favore matrimonii pœna condonetur, vel mitigetur, arg *Auth. sed*
113 *hodie. C. ad L. Jul. de adult. Dn.* Carpz. *Pr. Cr. p. 1. q. 55.* Et poterit Dominus delicti in se perpetrati seu commissæ felonię veniam concedere Vasallo; gratia enim potior, & potentior est jure,
114 Gothofr. ad *2. feud. 31. lit. n.* Præsertim cum quodammodò durum & acerbum sit, ob culpam patris delinquentis filios etiam & agnatos reliquos omnes excludi, quod ita jure feudali scri-
115 ptum est, Rittersh. *lib. 2. c. 6. q. 23. & seqq.* Liberum ergò erit Domino, gratiam facere, Rittersh *d. l. q. 30.* minimùm Vasalli liberis, aut post eorum mortem agnatis feudum relinquere; quod ad agnatos simpliciter reverti, statuunt *Dn.* Struv. *Synt.*
116 *J. feud. c. 10. aphor. 8. n. 5.* & *Alii.* Quemadmodùm verò non solùm expressa adulterii remissio impedit divortium, sed & tacita ex facto seu copula oriunda; nempe si, postquàm delicti scientiam sibi conparavit Maritus, Uxori nihilominus, cohabitaverit carnaliter, debitumvè conjugale præstiterit, *B.*
117 *Brunn. J. Eccles. lib 2. c. 17. th. 20.* Ita pariter Vasallus Domino censetur reconciliatus, si post commissam caducitatem eum Dominus etiàmnum appellaverit Vasallum suum, Fidelem, aut Parem curiæ; nec non si servitia debita & consveta ab eo receperit, vel tantùm exegerit, Ludvv. *tr. feud. c. ult. p. 420.*
118 *seqq.* Deniqùe ubi Dominus ipse enormem feloniam commisit, nec Vasallo oberit causa amissionis vel repudii; paria enim & inter Conjuges delicta mutuâ compensatione tolluntur, *l. Viro. 39. ff. soluto matrim.* conf. Schrad. *p. 9. c. 4. n. 90. seqq.* spectatque huc illud Juvenalis: —— frustrà

Clodius accusat mœchum, Catilina Cethegum.

119 XX. Verùm ut supremum fabulæ actum addam ultima-

tò

tò ad id, quod omnium rerum ultimum est, me converto, mortem scilicet. Nam *matrimoniorum terminum, quæ omnia similiter solvit, mors expectat*, dicit Imperator, *Nov. 22. c. 20.*
conf. *l.1.ff.de divort. 1.Cor.VII.* Morte itidem Conjugium no- 120
strum Feudalitium dirimitur. Mortem impropriè & abusivè dictam quod spectat; *res* enim *sunt multæ mortales, l. 11. §. 9. ff. de minor.* Sic interitu rei ipsius in feudum concessæ vasallagii jus extinguitur, quando fundus feudalis chasmate periit,
insula feudalis exusta &c. Rittersh. *lib. 2. c. 6. q. 9.* Licet, ædibus 121
collapsis vel incendiò consumtis, adhuc in area feudum subsistat, Struv. *C. 15. aphor. 4.* quod & de areæ fundi dotalis nemini dubium est.

XXI. Morte violentà & funestà nexus feudalis dissolvi- 122
tur, si Vasallus Dominum *assalierit*, *1. feud.* 5. seu *insultaverit*, Alvarott. *h.l.* impias manus in personam ejus ingesserit, & nefariè ipsi vitam eripuerit, *2. feud. 24.* §. *2.* vers. *porro si.* (de phrasi juris feudalis *morti insidiatus*, vid. *Casp.* Bitsch. *Comm.*
h.l.1.Notab.) Quod multi Dd. extendunt ad casum, quô Vasal- 123
lus manum tantùm contra Dominum levavit, vid. Ludvv. *Synops. J. feud. c. 16. p. 327.* Ipsa enim manûs levatio, seu *admenatio*, uti vocatur, satis per se continet injuriæ, licet verbera non sequantur, *l. 15. §. 1. ff. de injur.* conf. peculiaris dissert.
Dn. Taboris *de Admenatione in Armament. Justin.* Facit huc, 124
quod nunquam accepimus, Maritum immorigerum verberibus corrigere, atque emendare Feminæ concessum esse; tametsi aliquando Maritus leniorem alapam Uxori infligere, & pro ratione commissi eam verbis & verberibus castigare possit, *Dn.* Stryk. *in Addit. ad J. Eccles.* Brunnem. *lib. 2. c. 17. §. 31.*
conf. *Balth. Conr.* Zahn. *Ichnogr. Municip. c. 34. n. 9.* Cete- 125
rùm machinatio in mortem Conjugis, si venenô vel aliter Maritus Uxori, & vice versâ insidiatus fuerit, sufficiens divortii causa est, arg. *c. 1. X. de divort.* & *l. 8. §. 2. C. de repud.* ibi: *vitæ*

 vene-

benevolentiæ atque amoris obligatio, & fidelitatis jureju- 133
randô facta præstatio, tanquàm personalia cum persona extinguuntur, Rittersh. *lib.* 1. *c.* 9. *q.* 11. Ut hinc si jus feudi con- 134
tinuari per successores debeat, solennissimè sit renovandum; **Es muß das Lehen auffs neu gemuthet werden.**

XXIII. Tandem ipsa etiam feudi caducitas solvitur 135
morte Vasalli vel Domini, *Sebast.* Medic. *Tr. Mors omnia solvit. concl.* 43 Nam si de felonia Vasalli Dominus totô vitæ tempore querelam non movit, heredibus ejus non patet via agendi idcircó ad feudi privationem, *Dn.* Schrader. *p.* 2. *part. princ.* 9. *sect.* 10. *n.* 5. Quam decisionem stabilire satagit ipse 136
Schraderus communi Dd. conclusione: heredem Mariti non posse conqueri de adulterio Uxoris hunc in finem, ut ideó dote privetur Uxor eo casu, quó Maritus de adulterio hoc totô vitæ tempore non fuit conquestus, ibid. *n.* 6. Rittersh. *part. feud. lib.* 1. *c.* 1. *q.* 10. Morum enim coërcitio Uxoris ad heredes non pertinet, *l.* 15. §. 1. *ff. solutô matrim.* conf. Goth. *h. l. lit. l.* At- 137
que uti petitio & persecutio illarum pœnarum, quæ in favorem liberorum primi matrimonii contra parentes transeuntes ad secunda vota sunt introductæ, non transeunt ad heredes filiorum, qui de hoc nunquàm querimonium habuerunt; ita etiam heres Vasalli contra Dominum propter delictum perpetratum ad privationem proprietatis actionem intentare nequit, Schrader, *d. sect.* 10. *n.* 6. 7. Hoc autem limitatur in- 138
ter cetera, fallitque, cum pœna privationis ipsô jure infligitur Vasallo; & cum Dominus jam tum litem instituit, vel commissam feloniam querelâ insecutus est, aut ex justa ignorantia, absentia, aliave causa impeditus fuit, Schrader. *d. l. n.* 7. 8. 10. & 12. Ubi utrumque rursus casum ex convenientia cum causa repudii ex adulterio in vero matrimonio explanat & illustrat; quia nempe dictis modis similiter heres Mariti Uxorem dote privare poterit. Idem quoque de passiva caducitatis actio- 139

Non erubeſco, ſiquid melius etiam horum, quæ ipſe prius dixi, adinveniam, hoc ſtatuere, & competentem prioribus imponere correctionem, vel ab aliis expectare, *Novell. Conſt. XXII præf. in fin.*

Errores Chalcographici, qui, occaſione impedimentorum in revidendo, irrepſerunt, Benevoli Lectoris correctioni de meliori commendantur; quotquot illorum fugitivò oculô fortè deprehendi, ſequentes emendentur ita:

Pag. 1. *lin. 3 à fin leg.* accipiendum. pag. 6. *lin fin. pro proſint leg.* proſunt. pag. 22. *n. 20, pro iſt leg.* eſt. pag. 24. *n. 29. leg.* denominationem. pag. 28. *n. 60. leg.* perperam. pag. 31. *n. 76. leg.* apparet. pag 32. *n. 88. leg.* profectò. ibid. *pro Chyllam leg.* Scyllam. pag. 39. *n. 132. pro diſt. leg.* caus. pag. 51. *n. 8. leg.* fidelitatis pag. 55. *n. 36. pro tit. leg.* lit. pag. 56. *n. 39. leg.* contraxit, pag. 57. *n. 45. leg.* cuſtodia. pag. 58. *n. 52. pro Esd. leg.* Eſth. pag. 61. *n. 80. leg.* inveſtituram. ibid. *n. 82 leg.* controverſiam. pag. 63. *n. 99. leg.* hodie. pag. 69. *n. 142. pro Esth. leg.* Eſth. pag. 72. *n 169. leg.* dotalis. pag. 75 *n. 176. lege* pergendum. pag. 77. *n. 202. leg.* reſtituendum. pag. 84. *n. 255. leg.* hospitam. pag. 85. *n 261. leg.* Vaſallus. pag. 99. *n. 64. leg.* fundata, pag. 100. *n 70. pro vierò leg.* verò, ibid. *leg.* mentibus.

